



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


**Historia Reverendissimorum ac Illustrissimorum  
Dominorum Praepositorum, Decanorum & Scholasticorum  
Cathedralis Ecclesiae Hillesheimensis**

**Behrens, Konrad Barthold**

**Lemgoviae, 1705**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64282)




78



H. 11. 16.  
27  
~~28~~

Th. 4878.











HISTORIA  
REVERENDISSIMORUM ac ILLUSTRISSIMORUM  
DOMINORUM  
PRÆPOSITORUM,  
DECANORUM  
&  
SCHOLASTICORUM  
CATHEDRALIS ECCLESIE  
HILLESHEIMENSIS,

*Qua non solum*

Eorundem Gesta, fundationes, Donationes, aliaque me-  
moratu digna juxta annorum seriem recensentur,

*Sed &*

Varia simul rerum HILDESIENSIUM vicinarumque  
Regionum,

CHRONOLOGICA  
ac  
GENEALOGICA,  
Illustrantur.

AUCTORE

CONRADO BERTHOLDO BEHRENS.

---

LEMGOVIÆ,

Typis & sumptibus

HENRICI WILHELMI MEYERI, 1705.



FLETORIA

INSTITUTIONUM

PROPOZITIONUM

DECAVORUM

SCHEMATICORUM

MATHEMATICIS

PRIMUM

LIBER PRIMUS

ARITHMETICA

DE

NUMERIS

LIBER

CONRADO RUTHENBO BERLINI

1701

WILHELMI HERBERTI





ILLUSTRISSIMO ac REVERENDISSIMO

ADMINISTRANTI  
CATHEDRALI  
HILLESHEIMENSIS ECCLESIAE  
CAPITULO.

*Dominis Suis, Gratosissimis ac Gratosiss.*

D. D. D.

CONRADUS BERTHOLDUS BEHRENS.

**M**agna semper omni ævo Illustrissimi  
CAPITULI Vestri dignitas existit &  
septingenti anni sunt, quod HENRICUS  
Bavariæ Dux, Imperatoria OTTONUM do-  
mo prognatus Vestro gremio ac curæ concre-  
deretur, ut in spem, Imperii aliquando mo-  
de-

A 2

de-



derandi, quæ quoque non fefellit, formaretur, cujus Hospitii tam grata Ipsi dein memoria mansit, ut cum Bambergensem Episcopatum fundaret, nil magis in votis haberet, quam ut istius Ecclesiæ Canonici Hildesiensibus suis se quam maximè semper similes præberent. Adeo nulli non sæculo veritati semper conforme fuit, quod ante ducentos annos ab Autore quopiam scriptum memini: Ad Capitulum Cathedrale Hillesheimense non nisi Nobili loco natos, aut doctrina præstantes admitti, quodque, cum singulæ per Saxoniam Westphaliamque Cathedrales, certis denotationibus exprimerentur, soli Hillesheimenses Religiosorum epitheton sibi vindicarent.

Non est vero, quod plura hujus generis, quæ de REVERENDISSIMO CAPITULO Vestro Annalium Diœceseos nostræ libri illustria suppeditant, hic recenseam, cum singula hæc non minus scripturæ hujus modus recipiat, quam gloriæ Vestræ, quæ ancipiti hoc tempore per universam Europam in ore omnium est, ego decoris quippiam impari scriptione mea conciliare valeam. Illud tantum denoto, cum nostro ævo pleraque, etiam exigui interdum



dum momenti res literis tradantur, multo magis dignum esse, illorum qui Capitulis ejusmodi Cathedralibus cum patriæ commo- do ac zelo præfuerunt memoriam posteritati consignare.

Hoc ipsum quamvis à me exspectari nullo modo queat, ceu quem professio occupatio detinet, nolui tamen, quæ quidem hoc in genere se offerebant, Eruditum orbem amplius latere, saltem ut eos, quibus promptior antiqua ejusmodi tabularia perlustrandi occasio, & aptiore stylo consignandi facultas quoque est, ad accuratiora excitarem, cumque Medicos ad scriptionem ejusmodi se applicantes, invidiam plerumque ac maligna Politicorum judicia comitentur, ipsemet tantum, nec tamen absque exemplo magnorum Medicorum, fungerer vice cotis, acutum reddere quæ ferrum valet, exfors ipsa secandi.

Ad VOS autem ILLUSTRISSIMI GRATIOSISSIMI DOMINI, spectabant pagellæ hæ, ceu DOMINORUM PRÆLATORUM VESTRORUM seriem ac gesta recensentes, quas quod NOMINI VESTRO splendidissimo inscripserim, non ingratas existuras arbitror,



cum alio absque piaculo transferri non potuissent, & tam insignis VESTER, erga rem literariam favor, cujus publicum indicium instructissima Bibliotheca VESTRA præbet, quam graciosus plerorumque affectus, me ultro quasi ad hoc ipsum invitârint.

DEUM veneror, ut Illustrissimum CAPITULUM VESTRUM saluum semper ac incolume servet ac tueatur scripsi Hildesii, die IX Julii Anni cło CCV.

CATA-



7

# CATALOGUS,

REVERENDISSIMORUM AC ILLUSTRISSIMORUM  
DNN. PRÆPOSITORUM.

**P**RÆPOSITI MAJORIS in *Ecclesia Hildesheimensi* dignitas ac nomen ante octingentos & undecim annos primum innotuit, anno scilicet nonagesimo tertio seculi noni, post foundationem vero Episcopatus à *Carolo Magno* aulicæ factam, nonagesimo octavo. Occasionem constituendi dabat administratio rerum ac bonorum secularium *Reverendissimi Cathedralis Capituli*, quæ cum Dominos à cura rerum divinarum avertere posset, consultius videbatur, eandem ad unam personam cum summa dignitate ac potestate transferre.

Anno 897.

Episcopatum eo anno gerebat *Wigbertus*, Præfulum in ordine sextus, ceu qui adhuc biennio post concilio Triburiensi interfuit, eique subscripsit, & demum Anno 903. vita excessit, Kalendis Novembris in templo S. Cæcilie terræ mandatus, ut adeo male successori ejusdem, *Walberto Episcopo, Præpositi* constitutio à quibusdam adscribatur, nisi hæc ita concilientur, ut, quæ *Wigbertus* dicto anno disposuerat, at morte præventus in effectum tradere non potuerit, Successor denique *Walbertus* confirmarit.

Tom. XXIV.  
Concil. Edit.  
Regia Paris.  
sin. p. 675.

Primus autem, qui dignitate hac præcelluit, BAVO est, cujus administrationi tradebatur tertia illa bonorum Ecclesiasticorum pars, quam  
Wig-



*Wigbertus ac Walbertus*, duabus sibi retentis, in reditus Dominorum annuos destinaverant.

Beyerlink.  
*Theatr. tit.*  
*Episcopi.*

*l. 4. Chron.*  
*p. 37.*

Du Chêne  
*Histor. Fran-*  
*cor. Tom. 3.*  
*p. 515.*  
Anno 984.

- A. 1013.  
*ibid. p. 519.*

OSDAGUS, primam juventutem in cœnobio *Augiensi*, prope Constantiam, in lacus *Bodanici*, insula lito peregit, dein ab *Ochwino*, Monasterii ad S. Mauritium *Magdeburgi* Abbate, qui & ipse ejusdem loci olim cœnobita fuerat, tuncque *Hildesiam* ad Præsulatum istius Ecclesiæ *Detthardo Episcopo* mortuo capeffendum migrabat, ad dicti cœnobii gubernationem evocatus est. Eundem porro *Ochwinum Hildesiam* secutus, postremis ejus temporibus cathedralis Ecclesiæ ibidem Præpositus extitit, à *Ditmaro Episcopo Mersburgensi* commemoratus. De gente erat Nobilium de *Ulgermissen*/equitum quondam *Hildesiensium*, qui uno ab urbe nostra milliari in pago cognomine primum avitam sedem habentes, ante ducentos circiter annos exspirarunt. Pagum ipsum majorem *Ulgermissen*/cum triginta mansis, ceu hæreditatem suam *Osdagus Ecclesiæ Hildesheimensi* obtulit. Non minus autem sanguine, quam prudentia ac religiosis virtutibus conspicuus fuit. Chronographus antiquior, Virum summæ caritatis ac castitatis vocat, inque sancta religione probatum, qui cum magno consensu cleri ac plebis ad Pontificalem honorem promotus sit. Anno vero 984. *Ochwino* successor in præsulatu *Hildesiensi* extitit, quo in quintum circiter annum functus, quæ peregerit, ad Historiam Episcoporum nec tractationem hanc pertinent. Obit anno 989.

GODESCHALCUS, anno 1013. 17. Kal. Aug. extinctus est, forte ex animi dolore, quem facile contraxit ex incendio paucos ante menses cathedrale



drale templum devastante, quo non solum pretiosissima missalia ornamenta, sed & inexplicabilis ac irrecuperabilis librorum copia, ut Chronographus vix centum annis posterior loquitur, perierunt.

BODO, anno 1022. memoratur.

WIGGERUS, obiit 5. Kal. April. anno 1032.

VOLCHARDUS, *Ecclesiæ Hillesheimensis* primum vice Dominus ac à *Godehardo Episcopo* in intimam familiaritatem adscitus, mox Præpositus anno 1040. in Episcopum Brandenburgensem eligitur. Felicem eundem hujus *Ecclesiæ Episcopum* vocat scriptor vitæ *Godehardine* coævus.

BENNO, Suevus natione, primum ab *Azelino Episcopo* cathedralis *Ecclesiæ Scholasticus* constituitur, deinde vero ejusdem Præpositus factus, totius simul Episcopatus administratorem egit. Functioni huic magna cum dexteritate ac integritate incumbentem *Henricus IV. Imperator* anno 1067. *Goslariæ* hyberna transfigens, die *S. Clementis Osnabruggi Episcopum* constituit. Ejus dein partes in ferali illa Germanici Imperii distractione hoc in tractu cum *Liemaro, Archi-Episcopo Bremensi* solus *Benno* egregie tutatus est, eaque propter à reliquis *Saxoniarum Principibus* e diæcesi sua ejectus, anno demum 1081. autoritate *Gregorii Pontificis Romani* restituitur, multaque præclare incommodum *Ecclesiæ Osnabruggensis* egit, quæ hujus loci non sunt. Mortuus *Iburgi* anno 1088. VI. Id. Aug. in Sanctorum album postea relatus non est, ut quidam scribunt. Ilte enim *Benno Episcopus Misnensis in Saxonia* superiore fuit, ortus ex familia *Comitum Woldenbergiorum* nostræ

B

Diæ-

A. 1022.

A. 1032.

A. 1040.

ap. *Brower.*  
pag. 50.Ertwinus  
Erdmannus  
*Chron. Osnabr. in Op. Meibomii,*  
T. 2. pag. 207.

A. 1067.

Turkius  
*Ann. Westp. Mss. ad ann.*

cit. n. 4.

Id. ad ann. h.

n. 5.

Fabricius  
*Annal. Misnens. pag. 88.*  
92. 180.



Diæceseos, Præpositus primum *Goslariensis*, ac demum anno 1066. *Præsul Misnensis*, defunctus anno 1107. In sanctorum vero numerum ab *Adriano VI.* Pontifice, relatus anno 1524.

HENRICUS, *Comes Stolbergius*, ad annum 1086. Præpositus audit.

A. 1086.  
Henninges  
*Op. Geneal.*  
p. 335.

Anno 1108.  
*Chron. Fran-*  
*kenb. p. 5.*

Anno 1116.  
Calvisius  
*Op. Chronol.*

Erdmannus  
*ap. Meibom.*  
*Op. T. 2. pag.*  
209.

Turkius  
*Ann. ad an-*  
*no 1118. n. 4.*

CONRADUS, anno 1108. Præpositus erat, testimoniumque suum præbuit in tabula *Udonis Episcopi Hildesiensis*, qua Ecclesiæ S. Petri in monte *Frankenberg Goslarie* jus parochiæ constituerebat. Magna vero Præpositus hic apud *Cæsarem Henricum V.* gratia ac indulgentia valuit, qui etiam ad instantiam & petitionem ejusdem *Würzeburgi* (ubi anno 1116. aulam habebat Imperator, *Franconiæque Ducatum Episcopo Würzburgensi* ablatum, Sororio suo, *Conrado Sueviæ Duci* donabat) civitatem novam inter *Hildesiam* & *Rosbeke* sitam, liberam pronunciavit, ita ut soli Præposito majori semper subesset, ac in devotione ejus permaneret. Nec substitit hic clementia Cæsaris, sed eundem Præpositum ad sedem quoque *Osnabrugensem Episcopalem* promovit. Obierat eo tempore *Godscalcus, Comes Diepholtanus*, hujus Episcopus, ac à *Canonicis* successor destinabatur *Dethardus*, invito admodum *Cæsare Henrico V.* qui *Conradum* Præpositum nostrum investiebat, sed eventu non æque felici. Quamvis enim *Fridericus, Comes Arensbergius*, famosus ejus ævi bellator, Cæsaris jussu *Conrado* operam suam addiceret, ac *Osnabrugensibus*, ut eundem reciperent, integro quinquennio arma intentaret, *Dethardus* tamen *Friderici* præsertim *Archi-Episcopi Coloniensis*, à quo *Coloniæ* solenniter *Episcopus Osnabrugensis*

con-



consecratus erat, ope *Arensbergium* tandem prælio vicit; cumque brevi post mors ejusdem Comititis, & *Dethardi* cum *Henrico Casare* reconciliatio, Pontificisque summi autoritas accederet, *Conradus* noster cathedræ *Osnabruggensis* possessionem adeptus non est. Sine dubio autem *Godscalcus* Episcopus circa annum 1117. obiit, eoque statim *Conradus* ab Imperatore iterum substitutus est, cum biennio post *Conradi* in præpositura Successor, *Bertholdus*, ut mox videbimus, Infulam Episcopalem *Hildesensem* nactus sit. Consentit etiam transactio *Henrici V.* Imperatoris, cum Collisto, summo Pontifice in conventu *Wormatiensi* anno 1122. 24. Sept. instituta, Concordatum Nationis Germanicæ antiquissimum vocant. Hac enim sancita, cum *Henricus* Imperator Episcopos Pontifici faventes, adeoque *Dethardum* simul in gratiam receperit, & vero hic quinque annis cum *Conrado* Præposito certaverit, necesse est mortem *Godscalci* Episcopi & electionem *Dethardi Conradique* circa annum 1117. accidisse.

**BERTHOLDUS**, officio ecclesiastico excellenter eruditus, & religiosæ conversationis studio præclarus, genere & moribus optabilis, anno 1118. a Præpositura ad Episcopatum transfertur, quem duodecim annis magna cum laude gessit, annoque 1130. obiit.

**BERNHARDUS**, ex familia *Comitum Rotemburgiorum* ad *Tubarim*, Cathedralis Ecclesiæ primum Scholasticus, ac demum Præpositus, literatura ac discretione omnique virtutum decore conspicuus. Anno 1130. magno cleri ac populi desiderio in Episcopum eligitur, vixque adduci potuit,

B 2

ut

A. 1117.

Leibnizius  
Cod. Diplom.  
Part. 1. p. 20.Reutelius  
Chron. Hildesb. p. 87.  
Cranzius l.  
6. Metr. c. 7.  
Anno 1118.  
Paullini not.  
ad Rentel.  
pag. 87.  
Anno 1130.



ut Infulam acciperet. Præfuit annis 23. tandemque oculis captus onus resignavit.

A. 1134.  
Browerus  
vid. S. God.  
p. 65.

BERTHOLDUS Præpositus anno 1132. solenni sepulchri S. *Godehardi* Episcopi refectioni adfuit, omnibusque cunctantibus & moram longam facientibus primus corpus sublevabat. Forte autem per anticipationem Præpositus ad eum annum vocatur à scriptore coævo *Bertholdus* iste, qui dein ad annum 1143. mortuus notatur.

UDO, anno 1134. Præpositus erat, cum *Ludgardis Abbatissa Gandersheimensis Cluse* cœnobium ordinis Benedictini fundaret, qui locus cum jurisdictioni Ecclesiasticæ Episcopi *Hildesheimensis* eo tempore subesset, à *Bernhardo* Episcopo fundatio hæc Tabula publica confirmata est, cui quoque *Udo* Præpositus cum *Bertholdo* Presbytero, *Anselmo* Episcopo *Brandenburgensi*, *Sigfrido* Comite & Advocato hujus novi monasterii, nec non *Ludolfo* de *Woltingerode* aliisque, subscriptione nominis sui testimonium perhibuit.

A. 1143.  
Chron. Ste-  
derb. in  
Meib. Op. T.  
1. p. 453.  
A. 1146.

BERTHOLDUS anno 1143. moritur.

DIDERICUS, anno 1146. dignitate hac conspicuus erat, quo *Bernhardus, Episcopus Hildesheimensis* fundationem cœnobii Benedictini in honorem S. *Godehardi* anno 1132. à se erecti, tabula publica roborabat, in qua concambii cujusdam ab hoc *Diderico* Præposito instituti mentio fit.

A. 1151.

CONRADUS, Præpositus erat anno 1151. Eo anno *Bernhardus, Episcopus Hildesheimensis* novale juxta montem S. *Mauritii* ad reparationem publicæ viæ, quæ de monte ad civitatem ducit, legabat, *Bruningumque* monachum *Reinbusanum* loculo isto investiebat, ac ut idem loculus majoris mo-



momenti & devotionis existeret, capellam ibi constructui concedebat, quæ omnia cum aliis *Conradus* hic subscriptione sua rata habuit.

REINHOLDUS, fundator Ecclesiæ Collegiatæ *S. Johannis Hildesii* ante pontem lapideum in *Dammone*, ex antiquissima *Dasfliensium* Comitum ad saltum *Söllingensem in Hildesienfi* Episcopatu gente ortus, quæ anno 1329. adeoque jam ante trescentos septuaginta quinque annos in *Simone Comite* exspiravit. Historiam gentis Illustrissimæ magna industria singulari Chronico explicavit *Johannes Leznerus*, scriptor notissimus, quoniam tamen fieri non potuit, ut omnia documenta tabulæque ad notitiam ejusdem pervenirent, feriem quoque ipsius Genealogicam, quam de Comitibus his formavit, in plurimis adhuc mancam deprehendi, mirum non est. Nec enim meminit duorum *Annonis, Archi-Episcopi Coloniensis*, qui quoque ex hac domo ortum traxit, fratrum, *Adolphi*, qui anno 1070. occurrit, & *Wesilonis*, qui anno 1064. *Archi-Episcopus Magdeburgius* factus est. Nec *Reinholdi*, Præpositi nostri fratris *Ludolphi*, cujus anno 1153. & anno 1157. mentio incidit; nec duorum fratrum *Ludolphi & Adolphi*, qui ab anno 1180. ad annum 1237. nec aliorum duorum fratrum *Adolphi & Ludolphi*, qui ab anno 1241. ad annum 1256. occurrunt; nec *Adolphi* *Comitis Dasfliensis in Nienober* qui anno 1241. cum dictis Agnatis suis tabulis subscripsit. *Reinholdus* vero jam anno 1151. *Cathedralis Ecclesiæ Hildesheimensis* Præpositus exstitit, Herbipolique Comitibus Imperii intererat, ubi *Conradus* Imperator consilio *Principum Saxonie, Dethalrici* scilicet



cet Halberstadensis, Bernhardi Paderbornensis,  
 Henrici Mindensis Episcoporum, Wiboldi Abbatis  
 Corbejensis, Hinrici Ducis, Friderici Palatini Co-  
 mitis, Marchionis Alberti & Hermanni Comitis  
 Winzenburgii, nec non familiæ ad Ecclesiam ean-  
 dem pertinentis consensu, Regalem Abbatiam  
 Ringelheimensem, Bernhardo Episcopo Hildeshei-  
 mensi ejusque Successoribus III. Kal. Augusti sub-  
 jiceret, ubi tabulis Cæsareis una cum Sigfrido  
 Würzburgensi, Albertoque Misnensi Episcopis, plu-  
 rimisque aliis Comitibus Reinholdus subscripsit.  
 Anno sequente in Comitatu Hinrici Leonis Saxo-  
 niæ Ducis in Westphaliam ibat, in qua cum Dux  
 donationem matronæ cujusdam confirmaret, ta-  
 bulæ huic quoque testimonium suum cum Ottone  
 Comite de Ravensberg | Henrico, Comite Arens-  
 bergio, Alberto, Comite Eversteinio aliisque appo-  
 suit. Anno 1153. cum Bernhardus Episcopus Hil-  
 desheimensis senio confectus, oculisque captus  
 Infulam deponeret, ad Præfultatum expetebatur,  
 sed consensum ejus extorquere nequiverant, ceu  
 quem divina providentia ad majora destinaverat.  
 Aderat enim eidem spectabilitas personæ gratiosa,  
 ingenium sapientia validum, animus imperterri-  
 tus, eloquentia mirabilis, mansuetudo & miseri-  
 cordia. Cancellarii autem munus ab eo tempore  
 apud Fridericum Cæsarem gessit, primaque ejus  
 mentio occurrit anno 1156. in Comitibus Ratisbonen-  
 sibus, in quibus cum dictus Imperator XV. Kal.  
 Oct. Henricum I. Austriæ Ducem crearet, diplo-  
 ma Cæsareum Reinholdus Cancellarius, vice Ar-  
 noldi Monguntini recognoscebat. Cum eodem  
 Cæsare anno sequente Treviros profectus, tabu-  
 lam

Anno 1152.  
 Stangefoli9  
 Anal. West-  
 phal. l. 3. p.  
 305.

Anno 1153.

Radevicus  
 l. 1. de gest.  
 Frider. c. 18.

Anno 1156.

Turkus  
 An. ad ann.  
 n. 1.

Browerus  
 Annal.  
 Trev. lib. 14.  
 pag. 63.



lam ejusdem, qua Hillino ejus sedis Archi-Episcopo Abbatiam *S. Maximini* plenarie subjicit VIII. Id. Januar. recognitione sua confirmat. Sub finem anni paulo ante Kalendas Januarii *Goslariae* in conventu Imperii tabulas, quibus *Fridericus Caesar*, *Henrico Leoni* Duci Comitatum *Utonis* in montanis *Harzicis* donat, vice *Arnoldi Moguntini Archi-Cancellarii* subsignat. Anno 1158. Imperator *Francofurti* conventum, ac dein Paschatis festum in Insula *S. Sviberti* infra *Coloniam* celebrabat. Utroque in loco *Hartwicus Archi-Episcopus Bremensis* in favorem Ecclesiae suae diplomata quaedam impetravit, quae, *Francofurtensia* quidem duo, XVII. Kal. April. tertium vero X. Kal. Maj. *Reinoldus* quoque Cancellarius recognovit. Post Pentecosten cum *Ottone Palatino Wittelspachio*, ab Imperatore in *Italiam* missus est, ut Sacramenti religione populum in fide ejusdem confirmaret, quod etiam egregie praestitit, ut adventante ipso cum exercitu Imperatore tota provincia *Mediolanensis* cum urbe ad obsequium rediret. Sequenti vero anno dicta urbe iterum tumultuante *Reinholdus* cum *Goswino Comite* ac *Ottone Palatino* eo jussu Caesaris ivit. Ibi duobus his ad muros persistentibus *Reinholdus* turbae in medio civitatis se credit, sed tristifere cum eventu. Exorto enim subito plebis tumultu lapidibus appetitus & pene trucidatus occubisset, nisi in tempore supervenisset *Archi-Episcopus Mediolanensis*, ejus industria se iterum ex urbe subduxit. Caesar perlato ad se nuncio legatos suos violatos, & cum ignominia ejectos ex urbe, Kalendis Februarii *Autiniaci Mediolanenses* ad dicendam causam citat, cumque respon-

Anno 1157.  
Maderus  
*Antiq. Dom.*  
*Brunsv. pag.*  
120.

Anno 1158.  
Conringius  
Bericht  
Erh. Bisch.  
Brem. Ho-  
heit.

An. 1159.  
Turkius ad  
ann. n. 2.



Gelenius  
Sac. Colon.  
p. 248.

An. 1162.  
Turkius ad  
ann. 7. 2.

respondissent superbius & apertam præ se ferrent rebellionem ex procerum Imperii sententia proscripti, ac hostes pronunciati sunt. Interea vero hi studiose se armant, inque suburbiis, ne Cæsari cum exercitu adventanti infervirent, sacra omnia profanaque diruunt. Inter cætera antiquum monasterium *S. Eustorgii* tum quoque à fundamentis eversum, & quicquid in eo sacraati erat in urbem translatum, quæ inter sanctorum trium magorum corpora tunc erant. Circa idem vero tempus *Fridericus, Coloniensis Archi-Episcopus* mortem obibat, omniumque votis *Reinholdus* sufficiebatur. Quæ quantaq; tunc pro Cæsare in primis *Friderico* per universam Europam seu militiæ ejus Dux, seu ad Reges exteros legatus, vel quoque incommodum ac emolumentum suæ Ecclesiæ gesserit, hujus loci non sunt & ad *Coloniensem* historiam pertinent, Cæsarque ipse in diplomate quodam, quo rapacitatem fisci anno 1166. coercet, agnovit, ac universis Principibus eundem in exemplum proponit, ceu cujus fidem sinceram, constantiam invictam, labores immensos, ut verba habent, sæpe numero fide oculata perspexerit. Illud autem unum non prætermittendum, *Reinholdum* anno 1162. è Mediolanensi urbe à se Cæsaris nomine occupata trium sanctorum Magorum corpora *Coloniam* ad *Rhenum* transtulisse. Præfuit autem Archi-Diœcesi huic tantum annis septem, non pluribus, ceu quidem aliis visum, annoque 1167. Cæsarem iterum in *Italiam comitatus Romæ* lue pestifera cum aliis Imperii proceribus exstinguitur XIX. Kal. Septembr. ossa ejus *Coloniam* relata, ac sepulchro decenter extracto illata sunt. Conditus est in æde Prin-



Principe in facello *B. Mariae*, ante statuam ejusdem, quam Mediolano simul transtulit. Hodiedum supina ejus imago ex ære fusa, ac lapidi sepulchrali inserta videtur, tenetque manu ex ære fastigiatum thronum.

Id. ad ann.  
n. 5.

WERNO anno 1167. in tabula *Hermannii Episcopi Hildesheimensis* legitur, quibus donationem prædioli in *Bolchardessen* / à vidua *Thietmari* à *Wibese* Cœnobio *S. Godehardi* ibidem factam confirmat, quam etiam subscriptione sua hic Præpositus cum aliis confirmat. Emerat quoque ejusdem cœnobii secundus Abbas mansos quosdam in *Swichelte* / à *Thiderico de Goltorn* / aliisque, hi ut ab omni impetitione cœnobio firmi imposteriorum permanerent, simili tabula confirmatoria dictus Episcopus anno 1169. XII. Kal. Januarii roborabat, cui etiam cum plurimis aliis nomen suum in testimonium apposuit. Idem quoque sub *Adelhogo Episcopo* anno 1173. (quo igitur *Hermannum Episcopum* Antecessorem saltim obiisse, necesse est, fecus ac quidam anno sequenti volunt) præstitit, cum hic dicto anno XV. Kal. Novembris prædicto cœnobio decimam in *Achtum* aliaque bona in *Wiezchelt* / *Hottelem* & *Osselse* confirmaret.

Anno 1167.

Anno 1169.

Anno 1173.

CONRADUS, Anno 1178. in tabulis cœnobii *Lambspringensis* occurrit.

Anno 1178.

BERTHOLDUS, anno 1181. *Adelhogi Episcopi* tabulam subscriptione sua roborabat, qua cœnobio *S. Godehardi* iterum decimæ quædam confirmantur. Anno 1184. Idem Episcopus in conventu publico *Hildesensi* concambium mansi unius, quem *Sigfridus de Gladebeck* / *Ecclesie Hildesensis* ministerialis, in feudo tenuerat ab Episcopo, ei-

Anno 1181.

Anno 1184.



- demque resignaverat, cum *Wolfframo Præposito in Thippoldshusen* tabula scripta ratum habebat, cui & *Bertholdus* quoque nomen suum in testimonium apposuit. Anno sequenti *Abbas S. Godehardi Ecclesiam* quandam à matrice sua liberabat, sibi que incorporabat, cui cum *Adelhogus Episcopus* XII. Kal. Novembr. consensum largiretur, tabulam hanc quoque Præpositus hic cum aliis subsignavit. Anno 1185.
- Cum vero sæpius dictum cœnobium ex donatione fundatoris sui *Bernhardi Episcopi* decimam in *Niugenhusen* possideret, *Adelhogus Episcopus* non eandem solum ipsis confirmavit, sed & alia addidit, quibus literis idem quoque *Bertholdus* testimonium cum aliis subscriptione nominis sui perhibuit. Anno 1188.
- HARTBERTUS**, ex familia equestri hujus Diœceseos de *Barvelte* jam pridem extincta ortus, cathedralis primum Ecclesiæ Cantor, magnum & sincerum erga eandem affectum ipsa operum exhibitione ubique comprobavit. Quapropter in Præpositum electus jam circa annum 1194. in ea dignitate constitutus erat, cum *Johannes, Ecclesiæ S. Andreæ Hildesheimii* Sacerdos, quatuor mansos eidem Ecclesiæ conferret, cui donationi in præsentia *Bernonis Episcopi Hildesheimensis* factæ, Anno 1194.
- Hartbertus* hic aditit. Anno 1198. in locum *Conradi Episcopi* sui à cathedrali Capitulo communi & canonico consensu electus est; Cum vero equestris ordo ipsi adversaretur, difficillima ex in tempora suborta, ita ut etiam diœcesi relicta in tutiorem locum secedere coactus fuerit. Non est præsentis instituti, singula hæc explanare, adversa omnia magna animi fortitudine ac sedulitate superavit, annisque novendecim præfuit, nec ut mox ex tabula quadam patebit anno 1208 obiit. Anno 1208. BER-



BERTHOLDUS, anno 1208, inter *Bernhardum Episcopum Paderbornensem & Abbatem ac conventum Northeimensem* Commissarius erat. Episcopus hic instinctu *Bertholdi* plebani *Hammenstedensis* prædium prope *Northemium*, den *Heuseberg* vulgo dictum contra Abbatem & conventum ejusdem cænobii sibi vendicabat; Lite ad sedem Romanam delata *Bertholdus Præpositus* cum *Alexandro Abbate Cellensi in Hercynia* aliisque clericis iudex constituitur, cumque à parte *Bernhardi Episcopi* probationes deficerent, ferri candentis portatio *Bertholdo Plebano*, *Paderbornensis Episcopi* causam agenti, sententia iudicium injungebatur, quam cum plebanus hic renueret, Abbas & Conventus *Northeimensis* causam evicerunt. Idem *Bertholdus Præpositus* anno 1212. X. Kal. Dec. consensum suum dabat ordinationi cuidam ab *Hartberto Episcopo* in favorem *Canonicorum Collegiatæ Ecclesiæ S. Andreæ Hildesii* constitutæ.

Anno 1208.  
Leznerus  
Chron. Gotting. MS. p.  
240.

JOHANNES Præpositus testem se profitetur in tabula *Conradi Episcopi*, qua *Volchardo* Abbati & Conventui *S. Godehardi* emptionem bonorum in *Bledelem* ab equitibus de *Hyscen* factam anno 1220. confirmat.

Anno 1212.

Anno 1220.

WILLEBRANDUS, *Comes Oldenburgius* literarum ac virtutum studiis egregie excultus, magnæque devotionis, anno 1211. (quo adhuc & *Hildesii* ac *Paderbornæ* Canonicum agebat) in comitatu *Leopoldi* gloriosi *Austriæ Ducis* ac *Hermannii de Salza* ordinis *Teutonici* Magistri profectioem in terram sanctam suscepit, quam dein eleganti pro ævi ratione scripto comprehendit, superiore seculo à Leone Allatio typis *Coloniensium* publicæ

Scatenius  
Ann. Pad.  
part. 1. p. 1014.



Chron. Bel-  
gii p. 230.

Anno 1226.

luci datum. Exin à *Conrado Episcopo* suo, per id tempus Romæ in aulis Pontificis ac Imperatoris versante, in *Italiam* evocatus *Friderico Imperatori* innotuit, qui eodem ob peregrinandi petitionem prudentiamque in legationibus uti cœpit. Erat enim vir constans, fortis ac ingenuus. Anno 1226. agente imprimis *Conrado Episcopo* suo in locum *Oliverii Episcopi Paderbornensis* successit, cumque ea propter Præposituram Ecclesiæ nostræ Cathedralis retinere fas non esset, simul tamen cum Reverendissimo Capitulo propter administrationem in Præposituralis ipsi orta fuisset, eandem dicto Anno tertio Kal. Novembr. cum successore suo *Conrado & Capitulo* composuit. Sub finem sequentis anni, cum *Willebrandus in Italia* apud *Fridericum Imperatorem* publicis Imperii negotiis occupatus esset, ad regendam quoque *Ultrajectensem Ecclesiam* in locum *Ottonis Episcopi*, qui in bello contra *Twentios* occubuerat, tanquam idoneus vindex, postulatur, multaque egregia bello ac pace, paucis istis quibus præfuit annis, gessit. Obiit Anno 1233. VI. Kal. Augusti *Swollis*; Moriturus dextram magna animi fiducia adstantibus ostendit, professusque est, manum illam nullis unquam muneribus corruptam, nec ulli injuriam intulisse. Sepultus, tumuloque admodum magnifico decoratus est *Trajecti* in templo *S. Servatii*, quod cum adjuncto virginum ordinis *Cisterciensis* cœnobio è fundamentis exstruxerat. Scriptores Genealogici, ac imprimis, quod miror *HAMELMANNUS*, qui ex *Archivo Comitum Oldenburgorum Chronicon* suum confecit, præposituræ *Hildesienfis* in *Willbrando* hoc non meminerunt, ac  
hic



hic insuper eidem unum tantum fratrem adscribit *Ludolphum Canonicum Paderbornensem* ac *Ultrajectinum*, cum tamen in literis anno 1205, *Willbrandus* hic fratres suos *Henricum ac Burchardum* ceter; Occubuerunt autem duo hi fratres anno 1234. in prælio *Archi-Episcopi Bremensis*, & *Conradi Episcopi Hildesimensis* cum *Stedingis*. Matrem *Willbrando* **HAMELMANNUS** *Comitem de Wolpe* assignat, cum fuerit *Willbrandi Comitis Hallermundani*, qui anno 1163. *Abbatiam Loccumensem* cum aliis fundavit, filia beatrix.

P. 1. Chron.  
Old. c. 22.  
Exstormius  
Chron. Wal-  
kenr. p. 54.

**CONRADUS**, Antecessoris sui *Willbrandi* ad *Paderbornensem Episcopatum* translati litem cum *Reverendissimo Capitulo* anno 1226. 3. Kal. Nov. ut dictum transigit.

Anno 1226.

**GODSCHALCUS** anno 1231. VI. Non. Octobris literis *Conradi Episcopi Hildesheimensis*, quibus permutationem cujusdam parochiæ *S. Andreæ* partis confirmat, cum aliis testibus subscribit.

Anno 1231.

**BURCHARDUS** anno 1233. in *Archi-Episcopum Magdeburgensem* electus, *Alberto Comiti Hallermundio* ea in dignitate successit, tribusque tantum annis isti *Ecclesiæ* præfuit.

Anno 1233.  
Meibomius  
Tom. 2. Op.  
p. 330.

**REINHOLDUS**, anno 1235. aderat contractui *Ludolphi Abbatis S. Godehardi* cum *Theodorico de Depenam*, super bona in *Jesen* / tabulamque subscriptione sua roborabat. Anno 1240. *Conradus Episcopus Hildesheimensis* eidem Abbati conventuique emptionem dimidiæ decimæ in *Bornent* molendinique in *Astede* literis confirmabat, quibus idem *Reinholdus* Præpositus quoque subscripsit. Anno 1243. *Conrado Episcopo Hildesheimensis*, cum

Anno 1235.

Anno 1240.

Anno 1243.



is cœnobio Luccensi tres mansos in *Hottelē* conferret, testimonium perhibebat. Anno 1246. *Her-  
mannus & Hinricus* fratres *Comites Woldenbergii*  
*Chron. Fran-  
kenb. p. 17.* decimam minoris *Nawen* resignaverant, quam  
exin *Conradus Episcopus Hildesienſis* idibus Maj-  
conventui *Frankenbergensi Goslarie* addicebat,  
ubi inter testes etiam primo loco *Reinholdus* noster  
Anno 1249. comparet. Anno 1249. in tabulis *Hinrici Episcopi*  
Anno 1254. nomen suum subscribit. Anno 1254. de collatione  
trium mansorum in *Hottelē* ab eodem Episcopo  
cœnobio Luccensi facta testatur.

*LUDOLPHUS* ex prænobili ac perantiqua *Co-  
mitum Woldenbergiorum in Hildesienſi* Episcopatu  
Anno 1258. gente genus traxit. Anno 1258. non solum vendi-  
tioni bonorum quorundam *Hottelēnsium* con-  
sensit, sed & juxta cum aliis nomine *Johannis Epi-  
scopi Hillesheimensis* super curiam quandam in  
*Hottelē* cum cœnobio *Loccumensi* transigit. An-  
no 1259. cum Reverendissimo Capitulo aliisque  
Diœceseos proceribus Episcopo suo *Johanni* syl-  
vam *Bestenholz* resignat in favorem debitorum,  
quæ dictus Episcopus ob emptionem castrorum  
quorundam pro augenda diœcesi sua contraxerat.  
Anno 1260. Eodem anno 1259. & 1260. *Johannes Episcopus* cœ-  
nobio *Loccumensi* proprietatem bonorum quo-  
rundam in *Hottelē* conferebat, quod idem Præ-  
positus suo quoque testimonio roborabat. Dicto  
anno quoque idem Episcopus præfato cœnobio vi-  
ginti mansos in *Müllenem* contulerat, quod iterum  
testimonio suo *Ludolphus* confirmavit. Donave-  
rat sub idem tempus dictus Episcopus *Conrado* Ab-  
bati & Ecclesiæ *Riddagshusane* decimam in *Brun-  
delem*/ quod ipsum ut ratum esset anno 1260. publice  
Ibid.



Ibid. Januarii literis datis confirmabat, quibus *Ludolphus* consensum suum apposuit. Paulo post eodem tamen anno Idem Episcopus Cœnobia S. *Godehardi Hildesheimii* emptionem decimæ in *Oldenrode* à *Rudolpho de Dalem* milite factam XV. Kal. April. confirmabat, cui Tabulæ quoque *Ludolphus* præpositus noster inter testes subscripsit. *Johannis* in Episcopatu Successor *Otto Dux Brunsvicensis* eundem Præpositum quoque testem citat, cum Anno 1260. (non igitur *Johannes Episcopus* Anno 1261. obire potuit) *Abbati & Conventui Novalis Beat. Mariæ Virginis*, vulgo *Marienrode* novem mansos in villa *Södere* fitos cum molendino ibidem ab *Egberto de Tossen* / *Episcopatus Hildesheimensis Camerario Hereditario* coemptos confirmaret. Anno 1265. Idem Episcopus litem, quam cœnobium *Frankenbergense* prope *Goslariam* cum *Conrado Marschalko & Fratribus, Equitibus Hildesiensibus*, ratione novem mansorum in majori *Nawen* litis *Hildesie* definiebat, quo in judicio etiam Præpositus *Ludolphus* præfens erat, ac sententiã literis consignatam nominis sui appositione confirmavit. Sub finem ejusdem anni XII. Kal. Nov. *Otto Episcopus* contractus quosdam cœnobii *Riddagshufani* ratihabebat; Emerat Abbas pro monasterio suo à *Ludolpho de Dinkeler* / unum mansum in *Dinkeler* / à *Lucharde* relicta *Brunonis de Barmissen* / unum mansum in pago cognomine, ab *Hermann* dicto *Lepel* milite mansum dimidium in *Clauen* / à *Bertholdo & Ulricho de Clauen* mansum unum in villa ipsorum. Hi vero venditores cum ex Equestri ordine *Episcopatus Hildesheimensis*, Vasallique Episcopi essent, consensu *Otonis* opus erat,

An. 1265.  
Chron. Fran-  
kenb. p. 31.



- erat, cui in tabulam redactò Præpositus hic quoque  
 Anno 1266. subscripsit. Anno 1266. Idem *Otto Episcopus* pro-  
 prietatem decimæ *Hottelemensis* cœnobio *Luccensi*  
 donabat, quod etiam *Ludolphus* hic ratum habuit.
- An. 1276. *JOHANNES Præpositus* anno 1276. in tabulis  
*Chron. Fran-* Cœnobii *Georgii* montani prope *Goslariam* occur-  
*kenb. p. 41.* rit. Triennio post *Otto Episcopus Hildesheimensis*  
 decimam *Mechtesbusanam* cœnobio *Francken-*  
*bergensi Goslarie* donabat, quod ipsum *Johannes*  
 hic quoque subsignatione pridie nativ. *Johannis*  
 An. 1283. *Baptistæ* ratum habebat. Idem Præpositus an. 1283.  
*Geneal. Illu-* sex hortos in platea *Frisonica Hildesi*, ab *Aswino*  
*striff. Stein-* *Equite Steinbergio*, qui easdem in feudum tenebat,  
*berg. c. 10.* sibi resignatos *Collegiata Ecclesiæ S. Crucis* ibidem  
*n. 83.* contulit. Cœnobium *S. Godehardi* hæctenus va-  
 rias impetitiones propter decimam in *Oldenrode*  
 sustinuerat, quas omnes *Sigfridus Episcopus Hil-*  
 An. 1289. *desheimensis* anno 1289. XI. Kal. Octob. annullabat,  
 & dictam decimam cum proprietate ipsius Abbati  
 & conventui monasteri ejusdem perpetuo jure  
 possidendum conferebat, cui donationi etiam testi-  
 monium *Johannes Præpositus* subsignatione sua  
 præbuit. Moriens bona sua *Reverendissimo Cathed-*  
*rali* capitulo legavit, de quibus Testamentarii,  
*Arnoldus* scilicet *Decanus*, *Bernhardus Scholasti-*  
*cus*, & *Volradus Præpositus* montis decimam in ma-  
 jori *Passerde* dictæ Ecclesiæ comparabant.
- An. 1294. *GEBHARDUS*, Successor ejusdem anno 1294.  
 Id. Junii consensum dedit, cum *Sigfridus Episcopus*  
*Hildesiensis Henrico Comiti Woldenbergio* duos  
 mansos in *Södere* in perpetuum donaret. Idem  
 An. 1296. an. 1296. die inventionis corporis *S. Stephani* proto-  
 martyris ratam habuit ordinationem *Reverendis-*  
*simi*



*simi Capituli*, ex bonis Antecessoris sui *Johannis Præpositi* factam.

SIGFRIDUS, Comes *Blankenburgius* anno 1304. Anno 1304.  
 Præpositus erat, cum *Sigfridus Episcopus Hildes-* Chr. Frank.  
*heimensis* VI. Id. Mart. *Alexandro Cænobii Fran-* p. 53.  
*kenbergensis* Præposito V. donum altaris propria  
 manu *Hildesii* conferret, & cænobii tabulas ac  
 privilegia confirmaret, cui diplomati *Sigfridus*  
 quoque nomen suum inter testes apposuit.

CONRADUS, in tabulis *Sigfridi Episcopi* anno  
 1309. memoratur. Erat autem de gente *Comitum* Anno 1309.  
*ac Nobilium Dominorum de Querfort in Thuringia*,  
 cujus tamen neque *Hoppenrodus*, neque *Hennin-*  
*gesius* in Genealogiis suis meminerunt. Domum  
 hanc illustrem jam ante duo circiter secula reddi-  
 derat *Lotharius Comes*, primo in *Electorem Saxo-*  
*nie*, dein vero anno 1126. in Imperatorem electus  
 & quamvis quoad *Querfortense* nomen in *Bru-*  
*none* postremo Dynasta anno 1496. extincta sit,  
 floret tamen adhuc hodie in *Celsissimis Mansfeldiæ*  
*Principibus Comitibusque*, qui ejusdem gentis  
 sunt. Ex eadem vero familia erat *Sigfridus*, qui  
*Insulam Hildesheimensem* hoc tempore gerebat, Henninges  
 Princeps summa virtute, singulari doctrina ac sa- Op. Geneal.  
 pientia eximia ornatisimus. Fundator *Canonicorum* pag. 104.  
*B. Mariæ Magdalene Episcopalis Capelle Hil-*  
*desii*, quem sine dubio *Conradus Præpositus* san-  
 guine proxime attigit. Ejus *Episcopi* tabulis dicto  
 anno *Conradus Præpositus* partim consensum par-  
 tim testimonium dedit, quibus cænobio *Marien-*  
*rodensi* proprietatem quatuor mansorum in *Sö-*  
*dere* ab equitibus de *Novali* emptorum VI. Non.  
 Martii conferret, & permutationem XII. manso-  
 rum

D

rum



rum prope *Dinfeler* pro decem mansis in sylva *Heinholtz* ab Abbate & conventu *Marienrodensi* cum Canonicis B. Mariæ Magdalenæ factam IV.

Anno 1311. Non. Novembr. confirmaret. Anno 1311. circa Pentecoste *Henricus Episcopus*, *Sigfridi* Successor cum Reverendissimo cathedrali Capitulo quædam paciscitur, quæ *Conradus* nominis sui appositione subsignavit.

Anno 1313. die B. *Benedicti Abbatis* *Hiuricus Episcopus* proprietatem totius villæ *Tossum cænobio Marienrodensi* vendebat, quod ut ratum permaneret, etiam *Conradus Præpositus* subscriptione sua stabilivit.

*OTTO*, Comes *Waldenbergensis*, *Henrici Episcopi* modo dicti ex fratre *Hermanno* nepos, jam anno 1294. *Cathedralis Ecclesiæ Canonicus* erat, quo venditionem quatuor mansorum in *Södere* ab *Hinrico Comite Waldenbergio* gentili suo, cænobio *Marienrodano* factam consensu suo roborabat.

*Chr. Frank.* Anno 1304. VI. Id. Mart. quo *Sigfridus Episcopus*  
*p. 53.* *Alexandrum Præpositum Frankenbergensem* confirmabat, Præpositus quoque insignis *Collegiatæ Ecclesiæ S. Mauriti* in monte prope *Hildesiam* existit.

*Oldecop. de* dum cultum Divinum flagraret, decennio post  
*Agapis Obs.* astream charitatem instituit de decima sua in *Sö-  
 5. lede* pago præfecturæ *Steinbruccensis*, pro trecentis & quinquaginta Marcis examinatis comparata. Charitas hæc aurea adhuc hodie quotannis mense Octobri à Patribus Societatis *Hildesii*, quibus bona ac reditus Præposituræ Montis *S. Mauriti Ernestus Bavarus*, *Archi-Episcopus & Elector Coloniensis* ac *Episcopus Hildesheimensis* anno 1595. cum



cum onere tamen, contulit, observatur, distribuiturque (quod in gratiam exterorum appono) gallina elixa cum flavo & pinguedine, affluente jusculo parata, adornata simul recenti carne suilla, ac pipere aliisque aromatibus adperso, à peculiari coquo, cui inde cognomen, confecta. Non possum, quin hendecasyllabum quoddam ante seculum & amplius ad Reverendissimum *Dominum Johannem à Münchhausen / Cathedralis Ecclesiæ Hildesienfis* quondam Canonicum ac Seniore à celebri isto tempore loci hujus medico, *Doctore Hermanno Neuwaldt* / magnæ doctrinæ ac judicii Viro, scriptum apponam, ceu quo charitatum ejusmodi usus ac ritus describuntur. Ita autem se habet:

En, gallina venusta Charitatis  
 Ad nostras hodie volavit ædes  
 Jure cum croceo coagulata,  
 Mox cum quæro: quis huc eam volare  
 Mandavit? replicat: Senex benignus,  
 Et vir nobilis, à piis suum cui  
 Est nomen monachis? Quid istud ergo?  
 Per me ut innuat alma Caritatis  
 Inter vincla suos parati amicos;  
 Quos non ille aliter fovet benignus,  
 Pullos quam foveo meos sub alis.  
 At, quid pulpa suilla utrinque adhærens?  
 Ut testes habeat sui favoris



Aridumque quod est satis sagine,  
 Ipsum ut denuo spiritus perungat.  
 Quid vult hic croceum coagulatum?  
 Fidem non fluidam, sed usque nexu  
 Constantem stabili coire certa,  
 Quæ vitam facit arte Christianam.  
 Suntne vera prius relata? Quidni?  
 Ergo rursus abi, Viroque dicto  
 Ingentes age gratias benigno,  
 Tanta ut dona Deus rependat ipse,  
 Et quando unica charitas manebit  
 Æternum, simul huic precare quæso,  
 Ut in lætitia suæ futuræ  
 Moretur sine fine Caritatis.

Anno 1317.  
 Chr. Frank.  
 p. 63.

Institutionem ipsam hujus caritatis *Henricus Episcopus* peculiari diplomate confirmavit, quo & pecunia simul præsentibus in templo distribuenda, & ritus circa celebrationem missæ observandi pluribus docentur ac mandantur. In illo *Episcopus Ottonem* hunc patrum suum vocat, juxta ejus ævi latinitatis stylum. Anno vero 1317. *Otonis* hujus ut Præpositi majoris mentio inter testes occurrit in tabula *Henrici Episcopi*, quibus bona quædam fratrum de *Sertze* à cænobio *Frankenbergensi* empta non solum huic consensu suo simul confirmat, sed & cum agnatis *Ludolpho* scilicet & *Otone Comitibus Woldenbergiis* *Canonicis Hildesimensibus* proprietatem duorum & dimidii mansorum in campis *Ferzen-*



zensibus fitorum cœnobio eidem ipsis Kal. Septembris donat. Anno 1318. die S. Ulrici, qui in 4. Julii incidit, certa pacta inter Episcopum & Capitulum ratione mancipiorum constituuntur, quæ Otto Præpositus quoque rata habuit. Cum vero eodem anno Henricus Episcopus Avenioni in Gallia, ubi tunc temporis summi Pontificis sedes erat, ex febre obiisset, Otto noster concordibus omnium suffragiis in successorem ejus electus est, præfuitque septendecim circiter annis. Non autem Otto hic ultimus gentis suæ exstitit, ut vulgo asseritur, quod forte de familia Comitum in arce Woldenberg sedem habente intelligendum, cum gens amplissima, inque aliquot stirpes hæctenus prognata demum in Gerbarde Comite an. 1383. tota defecerit. Appono hic seriem quandam Genealogicam, prout eandem ex tabulis fide dignis concinnare licuit, quo simul pateat, quot Comites Woldenbergii post Ottonis mortem adhuc superfuerint, quantumque à genuina hac, solisque tabulis innixa nec ulli circumstantiæ seu Chronologicæ, seu feudali repugnante Comitum serie differant, qui scriptis suis tabulas, ejusmodi Genealogicas inseruerunt Autores, & novissime quidem solertissimus Historicarum Germaniæ antiquitatum scrutator, Dn. Fridericus Lucas, alique.

Anno 1318.

Grafens  
Saal  
pag. 1154.

D 3

Her-



Hermannus 1218. 1223. 1234. 1241. 1242. 1246.  
1247. 1249. 1267. 1269.

Hinricus 1218. 1223. 1234. 1239. 1241. 1244.  
1246. 1249.

Hin-Ludol- Conradus Hoje-Johannes 1267.  
ricus fus 1267. 1267. 1284. rus 1269. 1290. 1295.  
1269. 1269. 1290. 1305. 1267. 1298. 1305. 1311.  
1273. 1272. 1311. 1317. 1269. 1317. 1326. 1327.  
1284. 1326. 1330.

Burchardus  
1276.  
1269.  
1270.  
Hinricus  
1244. 1257.  
1260.  
1269.  
1270.

Hin-Lu- Bur- Hin-Con-Her- Jo- Hoje-Bur-Hin-Mathilda, Bur- Her- Wol-Hin-Hin-Orto,  
icus dol- char-ricus ra- man- han- rus, char- ri- Uxor Her- chardmann. the- ri- man- ricus Canon.  
290. phus dus 1326. nus, nes Cano- dus cus manni, 1269, 1269. rus cus nus 1270. Hildes-  
298. 1290. 1330. 1326. Can. 1326. nicus 1326. 1326. Equitis 1270. 1270. 1269. 1269. 1269. 1290. 1269.  
1298. 1298. 1347. 1330. Hallb. Hild. 1333. Steinber- 1273. 1274. 1274. 1274. 1274. 1274. 1270. 1294. 1290.  
1326. 1326. 1336. gii in *Do's* 1274. 1283. 1300. 1294. 1298. 1294.  
1326. denburg. 1283. 1298. 1300.

Ludol-Johan- Bur- Gerhar- Wll- Otto Hin- Her- HIN- Mathil-  
phus nes char- dus 1338. bran- 1336. ri- man- RI- da, Ab-  
1333. 1333. dus 1346. dus 1365. cus nus CLIS, batiffa  
1333. 1350. 1333. 1365. 1280. Epi- Gan-  
1346. 1352. 1346. Can. 1290. scopus dersh-  
1350. 1376. 1351. \* 1383. Hildes. 1314.  
1351. \* 1383. des, \* 1318.  
Ludolphus  
1376.  
OTTO, Epi- Hinricus  
scopus. 1302.

Her- Hin- Hin- Lu- Orto,  
man- ricus  
nus Con- ricus dolf Ca-  
1300. vent. 1294. Can. non.  
Rid- 1298. Hild.  
dag-  
hul, 1298. 1317.  
1305.  
1310.  
1311.  
1313.  
1317.  
1327.



OTTO, Comes Falkensteinus ad sylvam Hercyniam anno 1328. Præpositus erat, cum ejusdem antecessor, tunc Episcopus Otto, cum cænobio Marienrodensi concambium faceret, cui IV. Kal. Mart. assensum præbuit. Anno 1342. Henricus Episcopus Hildesheimensis proprietatem & dominium dimidiæ decimæ & quatuor mansorum in campis villæ Barveste sitorum, quos Johannes miles & Theodoricus famulus dicti de Salder / & Henricus de Barveste famulus ab eodem in feudo tenuerant, cænobio Marienrodensi donabat, idque ut ratum permaneret, Otto hic Præpositus consensum suum literis apponebat. Idem dein variis Henrici Episcopi ac Cathedralis quoque Capituli contractibus anno 1346. 1347. 1348. subscripsit. Postremus ejus annus 1349. est. Hoc enim cum Henricus Episcopus, Henricum de Bülcherfen / equitem Hildesheimense feudo castrensi in Marienburg hæreditario investiret, ratum quoque id ipsum habuit, tabulamque eum in finem confectam subsignavit. Eodem quoque anno cum Diderico Decano Senatui Hannoverano libertatem concessit sacellum B. Mariæ Virginis extra mœnia Hannoveræ condendi.

VOLCMARUS successor ejusdem statim anno 1350. nominatur in tabulis ædificium xenodochii S. Johannis prope pontem lapideum concernentibus. Sequenti anno 1351. Henricus Episcopus Judæis locum pro cœmiterio prope novam civitatem concedebat, ac iterum in vigilia Simonis & Judæ Apostolorum cum Senatu Brunsvicensi ratione litonum pacta quædam constituebat, ac utrumque tabulis eam in rem scriptis roborabat, quibus iterum Volcmarus quoque nomen suum sub-

Anno 1328.

Anno 1342.

Anno 1348.

Anno 1349.

Anno 1350.

Anno 1351.



subscripsit. Erat autem hic fatalis ejusdem annus, quo in memoriam sui, die *S. Ambrosii Episcopi*, qui quartus Aprilis est, *Universitati Dominorum Vicariorum Ecclesie Hildesimensis* hortum quendam fossatis novæ civitatis *Hildesheimensis* penes valvam *Brunsvicensem* in parte australi vicinius annexum, quem fratres dicti *Bockfell* à Præpositura in feudo tenuerant, eique resignaverant, consensu Reverendissimi Capituli in perpetuum donavit.

Anno 1352. DIDERICUS, anno 1352. primo quadragesimæ die, *Gunthero de Bartenleben* Canonico Cathedrali *Hildesimensi* duos hortos prope curiam Præpositi in *Neapoli* sitam concedebat.

Anno 1357. NICOLAUS, anno 1357. domum suam ante urbem, quam *Burchardus* eques *Steinbergius* quondam ab *Ottone Præposito S. Mauritii* in feudum habuerat, pauperibus scholaribus donabat. Eodem anno *Hinricus Episcopus* pensionem annuam 30. marcarum argenti, quas *Simon* ultimus Comes *Dasfiliensis* ante hac cænobiiis *Amelunxbornensi* & *Lippoldesbergensi*, ut & Dominis de fraternitate *Kalendarum in Göttingen* & tribus altaristis in Ecclesia *S. Georgii* prope *Göttingam* in testamento legaverat, tabula publica recognovit, cui etiam *Nicolaus Præpositus* subscriptione sua consensum dedit. Anno 1365. *Johannes Episcopus Hildesheimensis*, *Nuncius Apostolicus*, *Wormatiæ* tum existens in causa sua cum *Ottone Scholastico* & *Vicario Ecclesie Hildesimensis Generali*, *Nicolaum* hunc una cum *Afwino*, *S. Mauritii* in monte, & *Henrico S. Crucis Ecclesiarum Præpositis* nec non *Hermanno Comite Ebersteinio*, omnibus cathedralis Ecclesie  
Cano-



Canonici Commissarium constituebat. Anno 1369. Anno 1369.  
 Vicarie S. Martini ad S. Johannis in Lüneburg/  
 cujus patronus erat, dimidium plaustrum salis  
 donat. Anno 1378. die decollationis S. Johannis Anno 1378.  
 Baptistæ, nomine Reverendissimi Capituli cum  
 Gerardo Episcopo, internuncio Ecchardo ab Eldingen/  
 Canonico Cathedrali agebat, ut tabulæ  
 quædam dicti Capituli instrumento publico sigillo  
 loque Episcopali roborarentur. Exin contractus  
 quosdam anno 1379. 1381. confirmat. Circa extre-  
 ma ejus tempora Gerardus Episcopus prope Hilde-  
 desiam ante portam Dammonis Carthusiæ cænobi-  
 um fundabat, cumque religiosi istius loci, ho-  
 minem quasi exuentes strictiori vita multorum  
 procerum animos commoverent, in iis quoque  
 Nicolaus Præpositus erat, qui moriens pleraque  
 sua bona iisdem legavit.

ECCHARDUS ex equestri Eldingiorum familia  
 ortus, à Nicolao Præposito rebus gerendis admo-  
 tus est, eique successit, paucis quidem annis ma-  
 gno tamen cum emolumento Ecclesiæ, omnium-  
 que favore præfuit, anno 1390. obiit.

ECCHARDUS ab Hahnensee/ eques Hildesien-  
 sis, cujus tamen familia ante dimidium circiter se-  
 culum exspiravit. Occurrit autem in contracti-  
 bus quibusdam anni 1391. 1394. & 1402. Quæ vul-  
 go de ejus cum Johanne Episcopo suo dissidio &  
 morte anno 1405. ex mœrore contracta ab Histori-  
 cis recensentur, cum debitis circumstantiis non  
 satis probata, ac ex rumore vulgi absque judicio  
 in chartas conjecta sunt, cum Johannes Episcopus  
 de rumore ejusmodi à malevolis, quos multos ha-  
 bebat, sine dubio in vulgus sparso, in publica dein  
 E diætâ

Anno 1390.

Anno 1391.  
1394.  
1402.



diæta coram omni clero, vafallis ac populo palam conquestus fit.

*Geneal.*

**GODSCHALCUS**, ex perantiqua & generosissima *Crammiorum* equitum in *Episcopatu Hildesienfi & Ducatu Brunsvicense* gente ortus anno 1405 electus est, non diu tamen præfuit.

Anno 1405.

**DETMARUS** enim eodem anno 1405. Equestris *Hardenbergiorum* in *Ducatu Göttingensi* familia natus Præpositus audit, eique ut & fratri ejusdem *Ludovico*, *Canonico Cathedrali*, castrum *Steinbruggense* hypothecæ jure in manus cessit. Anno

Anno 1414.

1414. Idem cum fratribus suis *Diderico Equite* & dicto *Ludovico*, cum *Præposito Hildesii ad S. Crucem*, nec non agnatis suis *Diderico & Hildebrando Hardenbergiis*, *Hermanno Ruders* / *civi Northemensis* locum pro molendino ædificando in *Marca Sutthemia* ad *Lainam* concedit.

Anno 1422.

**ECCHARDUS** ab *Sahuensæ* / junior, jam anno 1422. dignitate hac eminebat, ejusque cum *Johanne Decano & Henrico Scholastico* mentio in tabulis cœnobii *Georgimontani* occurrit. Anno 1423.

Anno 1423.

*Johannes Episcopus Hildesheimensis*, cum *Bartholdo de Bock* & *Friderico de Rheden* / vafallis suis die Martis post festum corporis Christi contractum quendam hujus etiam Præpositi consensu confirmabat. Erat autem simul Præpositus insignis collegiatae *Ecclesiæ S. Mauritii* in monte prope *Hildesiam*, cui à *Magno Episcopo* anno 1427. Sabbathi

*Jura Eccl. S.*

*Maur. p. 6.*

Anno 1427.

post purificationem *B. Mariæ Virginis* insignia privilegia, jurisdictionem criminalem & *Advocatiam* impetravit. Favet sine dubio eidem *Ecclesiæ* dictus *Episcopus*, quod frater ejusdem *Albertus Dux Saxonie Inferioris*, qui anno 1422. in prælio

ad



ad *Grondam* pro *Johanne Episcopo* occubuit, ibidem quoque Præpositus ante *Ecchardum* fuerit, cujus tamen dignitatis in *Alberto* hoc scriptores Genealogici non meminerunt. Anno 1429. Lunæ post Dominicam Judica tres florenos annuos Canonicis B. Mariæ Magdalænæ in aula Episcopali donabat. Anno 1433. cum *Magnus Episcopus* cum *Otone & Friderico* fratribus *Ducibus Brunsvicensibus* contractum quendam iniret, Martis post Dominicam Exaudi fidem suam pro Episcopo interposuit, quam eidem & successori ejus *Bernhardo*, ex *Ducibus Luneburgiis*, sequentibus quoque annis pluries dedit. Quantæ autem auctoritatis fuerit, vel ex eo apparet, quod litem inter *Nicolaum & Balduinum Archi-Episcopos Bremenses*, ratione debitorum contractorum solutionis, quæ hic isti promiserat, ortam, ac ad concilium *Basiliense* devolutam *Eugenius Pontifex* anno 1436. huic *Ecchardo Præposito* decidendam committeret, quod etiam absque partis alterutrius læsione præstitit, ac paulo post cum *Balduino Archi-Episcopo Norimbergam* ad *Albertum Romanorum Regem* profectus est. Anno 1443. novam ordinationem in xenodochio novæ civitatis constituit, ac sequenti anno domum leproforum prope & extra muros ejusdem, ad viam publicam, quæ ad castrum *Marienburg* ducit, à servitute ac omni censu Ecclesiæ debito liberabat, atque ad omnimodam utilitatem pauperibus Christi utriusque sexus infirmis in receptaculum concessit. Anno 1448. *Fridericus Archi-Episcopus Magdeburgius*, *Burchardus Episcopus Halberstadensis* & *Magnus Episcopus Hildesimensis* unionem quandam pro securitate suorum

Anno 1429.

Anno 1433.

Meibomius  
op. T. 2. p. 76.

Anno 1443.

Anno 1444.

Anno 1448.

Spangenberg.

Chron.

Mansfeld.

c. 328.



- Principatum & pacis publicæ ad viginti annos inierunt, ac, filites inter eosdem orirentur, *Ecchardum* hunc cum quibusdam aliis arbitrum constituerunt. Civitas nova hæctenus muro quodam leviter cincta circa hæc tempora vallo muniebatur, quod ut commodius procederet, *Ecchardus Præpositus* quinque mansos in campo S. Godehardi anno 1450. lunæ ante Martini ab *Helmoldo Abbate* & conventu ejusdem cœnobii emptos eidem concessit. Eodem anno Præpositus noster cum fratribus & agnato, *Jordano*, *Borchardo*, & *Volcmaro*, equitibus de *Sahnensee* memoriam sibi in cœnobia virginum *Marienwerderano* die S. Bartholomæi quotannis constituunt. Anno 1457. cœmeterium Judæorum xenodochio ante novam civitatem donat. Triennio post obiit, cum ultra quadraginta annos Præposituram magna cum laude gessisset.
- ECCHARDUS, ex prænobili, jam tamen ante seculum extincta *Wendenorum in Ducatu Brunsvicensi* familia, Præpositus simul insignis collegiatae *Ecclesie S. Crucis & Archidiaconus Hildesii*, nec non *Canonicus Halberstadiensis* erat, cum in *Præpositum Hildesheimensem* eligeretur. Factum id est anno 1460. eo enim, tabulæ *Otonis Comitis Schaumburgii*, qua *Christiano Danie Regi* jus suum ad *Holsatiam ac Stormariam* resignat, *Ecchardus Præpositus* inter testes nomen suum apposuit. Anno 1463. in Hospitali novæ civitatis ab *Henrico Cotmanno* fundato ordinationem novam sancit. Anno 1465. 1466. pro *Ernesto Episcopo Hildesienfi* in commodum Diœceseos suæ certam pecuniæ summam mutuo sumentis fidem interposuit. Anno 1467. eundem *Episcopum* cum civitate *Hildesienfi*



siensi reconciliat, ac circa illa tempora quoque cum dicto Episcopo cœnobium S. Godehardi ex voluntate Abbatis ejusdem loci reformat. Anno 1471. post mortem *Ernesti Episcopi*, cum *Reverendisissimum Capitulum* super electionem successoris in partes secederet, ac inter Candidatos quoque *Henricus Abbas S. Michaelis Hildesheimii*, equestri *Bertkoviorum* gente ortus, designaretur, Præpositus noster *Hermannus, Hassie Landgrafium, Ludovici Pii & Henrici III.* à quo moderna *Landgrafiorum* domus descendit, fratrem, *Canonicum Coloniensem & Præpositum Aquisgranensem* ad Episcopatum promovere statuit, faventesque hoc in negotio habuit non solum ordinem equestrem ac vassallos Diœceseos, qui etiam pro *Landgraffio* introducendo arma sumebant, castraque & oppida occupabant, sed & ipsos vicinos *Duces Brunsvicenses, Wilhelmum seniore, ejusque filios Wilhelmum & Fridericum.* Verum prævaluit pars quæ *Henningum, Cathedralis Ecclesie Decanum,* generosissimorumque & adhuc hodie florentium equitum ab *Haus* gente ortum, postulabat, qui etiam statim Romam properavit, confirmationemque obtinuit, non tamen ibi à Pontifice consecratus est, ut quidam affirmant, hoc enim *Bertholdus Episcopus Verdensis*, cognatus ejus, cujus quoque armis in possessionem Episcopatus devenerat, anno 1472. Martis post misericordiam Domini, *Hildesi* peregit. *Hermannus Landgrafius*, cum imminens Diœceseos exitium ex hoc diffidio, levioribus partium studiis primum accenso, prudenter prospiceret (namque pro *Henningo* stabant major Capituli pars, ipsaque eo tempore urbs *Hil-*

Meibomius  
Op. T. 2. p.  
524.  
Anno 1471.  
Scatenius  
Ann. Pad. l.  
18. p. 709.



*desiensis, Bertholdus Episcopus Verdensis, Simon, Episcopus Paderbornensis, Ericus, Henricus & Anthonius, Comites Holsato-Schaumburgii, Bernhardus Comes Lippiensis, fortissimus sui ævi militia Dux) ex amore pacis electioni suæ cessit, posteaque Coloniensis Ecclesiæ Archi-Episcopatum, ac Paderbornensis administrationem obtinuit, nec unquam Diocesin Hildesensem rexit, ceu quidem literatissimus, deque universa Europæ Historia præclare meritis Imhofius alicubi legisse videtur. Non destitit autem Ecchardus Præpositus, cumque Painensem, aliasque Episcopatus arces sub arbitrio suo haberet, Balthasarum Ducem Meklenburgium juvenem adhuc in locum Hermannii Landgrafii postulavit, qui etiam cum fratre Duce regente, & aliquot centenis equitibus Episcopatum ingressus in arce Painensi à Præposito nostro exceptus est. Jamque ad apertum bellum dissensus hic iterum spectabat, præsertim cum, qui de compositione inter Balthasarum & Henningum laborabant, morerentur, & Balthasar cum suis arma civitati Hildesensi intentaret. Cum vero ab hac non solum tormentis bellicis acriter exciperetur, sed insuper castrum Steurwaldense civium eorundem armis occupatum Henningo traderetur, Dux Balthasar animum quoque mutavit, ac cum Suerinensi Infula contentus esse, quam ulterius incertam belli fortunam expectare maluit, inque Ducatum Meklenburgium regressus est. Anno 1480. Mercurii post Quasimodogeniti Ecchardus Præpositus quatuor talenta de officina fullonia in pago Ssum/ in annuos redditus Fabricæ Ecclesiæ suæ assignat. Sequenti anno Henningus Episcopo-*

*Notit.*

*Procer. Imp.*

*l. 4. c. 7. p. 4.*

*Tripart. De-  
monstr. p. 142.*

*Anno 1480.*

*Anno 1481.*



copus senio curisque enervatus ac quietis appetens, Episcopatum *Bertholdo Præsuli Verdensi*, aliquoties memorato, tradebat, qui ex per Illustri, antiqua atque ex *Aljatia* originem ducente familia *Baronum Landsbergiorum*, de Domo *Wormstall* in *Comitatu Schaumburgio* ortus erat, Princeps *Kranzii* scriptoris coævi elogio, magnis naturæ dotibus præditus, procera longitudine & excelsa statura, humanitate pleno vultu, singulari ingenio ac dexteritate eloquentiæ pollens, simulque Principibus ac vicinis urbibus charus. Hic cum statim sub initium regiminis sui Diœcesin ære alieno pressam liberare studeret, ac inter alia cerevisiarum accisam imponeret, civitas vero *Hildesimensis* ad hanc se non teneri arbitraretur, divisio animorum ac diffidentia inde orta, quæ cum in graviora facile erumpere potuissent, anno 1482. die Lunæ post *Panthaleonis* interpositione civitatum vicinarum sopita ad tempus est, quibus tractatibus *Eccharodus Præpositus* quoque consensum suum apposuit. Mortuus demum anno 1488. cum in decimum octavum annum utiliter ac fideliter præfuisset, ac *Ernesto Archi-Episcopo Magdeburgensi Saxonie Duci* à primariis consiliis exstitisset. Effigies ejus adhuc hodie in atrio equestri supra capellam *S. Laurentii* prope *Bartholdum Landsbergium Episcopum* comparet.

**HENRICUS**, Comes *Schwarzburgius*, *Guntheri Comitis* ac *Eichsfeldia* Provisoris filius, ex matre *Mansfeldia*, capellam conceptionis *B. Mariæ Virginis* in summa æde renovat; ac *Marienburgum* obtinet. mortuus 1499.

**LEVINUS** à *Beltheim* gente antiquissima & ad-

Chytraeus  
Sax. l. 2. p. 62.  
l. 12. Metr. c.  
17.

Anno 1482.

Anno 1488.  
Meibomius  
Op. T. 3. p. 468



- adhuc hodie per Saxoniam universam in plurimis stirpibus florentissima ortus, anno 1507. dignitatem adipiscitur. Anno 1513. pro *Johanne Episcopo Hildesienſe, Conrado, Ludovico & Jodoco* equitibus ac Mareschallis Diœceſeos hæreditariis de *Swichelt* / fratribus, cum ab iisdem ingentem pecuniæ summam in commodum patriæ mutuo sumeret, fidem suam interposuit. Anno 1515. *Guntherus, Comes Mansfeldius* cum *Cassaro* ab *Uden Dorff* litem gerens, eundem pro arbitro constituit, quam etiam composuit. Eodem tempore in diœcesi *Hildesienſi* *Johanni Episcopo* lis erat gravissima cum *Burchardo, Hildebrando & Conrado* equitibus de *Salder* / fratribus, à quibus Episcopus arcem *Lawenstein* / parenti illorum *Hinrico ab Episcopi Præ-Antecessore Bertholdo* oppignoratam, redimere studebat, hi vero cedere recusarent, quod tempus redemptionis in literis contractus expressum nondum effluxisset, & *Johannes Episcopus Henrico Salderio* parenti eorum præterea promississet, se ipsi ac filiis ejus præfecturam illam fruendam, quamdiu ipse viveret, relicturum esse. Lite ut dictum inde exorta, sententia tandem à *Levino Præposito*, ceu docto ac pacis amante, per modum compromissi expetitur, quam etiam anno Anno 1518. 1518. ita tulit, ut, si altera pars eadem se continuisset, patria tota armorum tumultu non conturbata fuisset. Anno 1524. die S. Andreae controversiæ quædam inter Reverendissimum Capitulum ac civitatem ortæ ejusdem interventu componuntur, qualem compositionem quoque in alia causa anno Anno 1529. 1529. firmat. Anno 1532. castrum *Marienburgum* pignoris loco obtinet fratrique *Matthiæ* ad inhabitan-



tandum concedit. Mortuus anno 1531. effigies ejus ære expressa adhuc hodie in ambitu templi *Cathedralis Hildesiensis* ad exteriorem parietem capellæ S. Laurentii conspicitur, cum sequenti inscriptione: Anno Domini 1531. die 8. Maj. obiit egregius Dominus, *Levin à Beltheim* / J. U. D. *Hildesheimensis, Ascaffnaburgensis, Goslariensis, S. Bonifacii Halberstadiensis & in Friedlande Præpositus.* Nec non *Moguntinensis Halberstadensis, Hildesheimensis ac Hamburgensis Ecclesiarum* Diaconus, Canonicus, Sanctissimi Domini nostri Papæ cubicularius, & Apostolicæ sedis Protonotarius. Cujus anima requiescat in pace.

Anno 1531.

OTTO, *Comes Schaumburgius*, anno 1531. primo statim anno in Episcopum post obitum *Balthasaris Præsulis* eligebatur, quod laceræ ac dissipatæ Dioceseos restaurator futurus speraretur, cum *Wilhelmus Nassovius*, avunculus ipsius, in aula *Caroli V.* Imperatoris senatus Princeps esset, adeoque causam hanc optime promovere posset. Quoniam vero frater natus major *Johannes*, ex conjugē sua *Elisabetha, Frisæ Comitissæ* filia prolem non suscipiebat, Otto animum diutius in diversa agitabat, eaque propter confirmationem à sede Romana non expetebat. Præposituram tamen adhuc annis aliquot retinuit, & anno 1536. in literis quibusdam concessionis die Martis in festo Paschatos adhuc gessit. Resignavit eandem paulo post fratri *Antonio*, annoque 1542. Comitatus sui regimen suscepit. Ducta in uxorem *Elisabetha Ursula, Ernesti Ducis Brunsvigo Lüneburgii in Zell* filia. Obiit demum anno 1576. inque eminente ex filiarum una

Anno 1531.

Hojerus  
Chron. Mol-  
lenbec. p. 90.

Anno 1536.

F

Po-



posteritate adhuc hodie de *Ecclesia Hildesheimensi* præclare meretur.

- ANTHONIUS Comes Schaumburgius, Præpositus simul *Leodiensis* ac *Trajectensis*, anno 1540. fratrem *Adolphum* Coadjutorem *Archi-Episcopatus Coloniensis* suum in Præpositura Commissarium habebat, qui in vespera Petri & Pauli Apostolorum ejusdem nomine, *Johanni Wildesfurio*, celebratissimo *Hildesiensium Consuli*, consensum super aream quandam in nova civitate concessit. Anno 1551. *Anthonii* hujus Præpositi Commissarii ex Reverendissimo Capitulo erant *Burchardus* ab *Oberg* / *Décanus S. Andreae* (paucis annis post *Episcopus Hildesiensis*) & *Johannes Stein* / qui die *Dominicæ Lætare* hortum quendam leprosis ante novam civitatem assignabant, & adhuc anno 1553. Mercurii post *Elisabetham* captivum quendam liberum pronunciabant, quo dictus Dn. *Stein* / curiæ *Episcopalis* simul officialem se scribit. An. 1557. Anno 1558. post obitum fratris supradicti *Adolphi* in *Archi-Episcopum Coloniensem* eligitur, & sequenti moritur, *Coloniæ* juxta fratrem sepultus.

- WILHELMUS, Comes Schaumburgius, Præpositus *Meschedensis* & post fratrem *Anthonium Hildesiensis*. Anno 1570. 26. Nov. cum Senatu novæ civitatis de jurisdictione criminali quædam paciscitur. Anno 1575. eidem novos aquæ ductus concedit. Obiit anno 1580. & *Mollenbecæ* in *Comitatus Schaumburgici* cœnobio, sepultura gentilitia, requiescit.

ANTHONIUS, Comes Schaumburgius, antecessoris sui *Wilbelmi* ex fratre *Ottone*, etiam dicto, nepos, *Archi-Diaconus* simul ac *Décanus Metro-*  
poli-



politanae Coloniensis Ecclesiæ erat. Anno 1585. Anno 1585.  
 18. Augusti, cum Senatu civibusque novæ urbis  
 ratione unionis perpetuæ cum civitate *Hildesien-*  
*si* biennio ante sancitæ tranfigit. Demum *Mindensis*  
*Episcopus* in locum *Henrici Julii, Ducis Brunsvigo-*  
*Luneburgii* electus anno 1599. in arce *Petersha-*  
*gensi* obiit, successoremque in Episcopatu habuit  
*Christianum Ducem Brunsvigo-Luneburgium.*

ARNOLDUS, Liber Baro de *Buchholz* / Sereni-  
 que *Ernesti Bavari, Electoris Coloniensis*, in Epi-  
 scopatu *Hildesheimensi* Consiliarius Intimus. An-  
 no 1599. 15. Octobris à Reverendissimo Capitulo Anno 1599.  
 inauguratus est. Anno 1604. 15. Januar. vice Præ- Anno 1604.  
 positum quoque in monte S. Mauritii egit. Anno  
 1612. *Henricus Meibomius*, & biennio post *Christo-*  
*phorus Browerus*, uterque diligentissimus Histo- Anno 1612.  
 ricarum Germaniæ antiquitatum scrutator, ille Anno 1614.  
*Historiam Irmensulæ Saxonicae* à se consignatam,  
 hic vero vitam *S. Berwardi & S. Godehardi Episco-*  
*porum Hillesheimensium* ex veteri Manuscripto de-  
 sumptam publicis typis edebant, ac quoque Præ-  
 posito huic dedicabant. Eodem tempore ex parte  
 Serenissimi sui, tanquam Commissarii in causa ci-  
 vium seditiosorum *Aquisgranensium* contra Ma-  
 gistratum ejus urbis, subdelegatus erat. An. 1624. Anno 1624.  
 Serenissimi *Ferdinandi Electoris Coloniensis & Epi-*  
*scopi Hildesien-* in causa Diœceseos legatus ad au-  
 lam Cæsaream ibat. Moritur anno 1632. 21. Dec. Anno 1632.  
*Leodii*, cum præcedente anno, 20. April. Reve-  
 rendissimo Capitulo, ne in electione futura vel par-  
 tium studia, vel superiorum dispositio Ecclesiæ  
 juribus præjudicium ferrent, successorem com-  
 mendasset.



ARNOLDUS, *Liber Baro de Hounsbrug / Dominus in Ostam / Moll & Berringer / Cathedralium simul Ecclesiarum Magdeburgensis ac Leodiensis Canonicus, nec non vice Præpositus Ecclesiæ collegiatæ S. Mauritii in monte, ab antecessore Reverendissimo Capitulo commendatus est. Merita sua jam superioribus annis probaverat, inprimis cum anno 1629. Serenissimi Ferdinandi Electoris Coloniensis ac Episcopi Hildesiensis nomine litem restituendarum Diœceseos præfecturarum in Camera Spierensi felici cum effectu ad finem perduceret. Sub finem tricennalis Germanici belli multa pro incolumitate Ecclesiæ, subditorumque conservanda, ac rapinis militaribus avertendis tulit, fecitque. Anno 1550. mense Octobri Serenissimi Maximiliani Henrici, Ferdinandi Successoris, in possessione Episcopatus hujus acceptanda Commissarius erat, ac juramentum à Ministris ejusdem Anno 1665. Hildesi exegit. Obiit anno 1665. 16. Mart. Leodi inque testamento suo magnus benefactor Collegii patrum Societatis apud Hildesenses ac fundator Facultatis Theologicæ ibidem existit, qui effigie ejusdem refectorium suum adhuc dum adornant, & Patronum suum quotidie in oculis habent.*

FRANCISCUS EGON, antiquissima Principum Fürstenbergiorum in Suevia domo ortus, Chor-Episcopus primum ac Decanus Metropolitana Coloniensis & Præpositus ad S. Gereonem ibidem, dein Episcopus Argentoratensis, Administrator Abbatiarum Murbacensis & Luderensis, nec non Stabulensis ac Malmundariensis erat, Serenissimoque Maximiliano Henrico, æternæ memoriæ dignissimo Principi, ab intimis Consiliis, ejusque aulæ



aulæ supremus Magister, anno 1670. 21. Junii à Anno 1670.  
*Neapoli* sua homagium suscepit. Obiit anno 1682. Anno 1682.

HERMANNUS WERNERUS, ex primaria  
*Hassia* quondam nobilitate, *Wolfiorumque in Gu-*  
*denberg* / dein in *Metternichiorum* gentem adopta-  
 torum domo genitus, patrem habuit *Johannem*  
*Adolphum Liberum Baronem de Metternich* / con-  
 dictum *Wolff* / Dominum in *Gracht & Langenau* /  
 Dynastam in *Giblar* / *Flechingen* / *Arnbach & Oden-*  
*hall* / Cæsareæ Majestatis ac *Electorum Coloniensis*  
 ac *Bavari* Consiliarium intimum ac Camerarium,  
 qui & Liberi Baronatus dignitatem, (qua tamen  
 majores ejus jam eminuerant) ac feudum *Bisperode*  
*in Ducatu Brunsvicensi*, extincta *Werderorum*  
 equitum gente, familiæ suæ acquisivit. Ipse Re-  
 verendissimus *Dominus Hermannus Wernerus* jam  
 ab anno 1665. 5. August. *Cathedralis Ecclesie Hil-*  
*desiensis Scholasticus*, ab anno vero 1676. 30. Mart.  
*cathedralis Paderbornensis Decanus* erat; Quo  
 tempore, exemplo certe hætenus nullo, in qua-  
 tuor Cathedralibus summisque Germaniæ Eccle-  
 siis ex una *Wolff Metternichiorum* domo quatuor  
 fratres Decani numerabantur, FRANCISCUS WIL-  
 HELMUS scilicet, metropolitanae Moguntinæ, ubi  
 dein idem Præpositum egit, *Ignatius Spira*, *Fer-*  
*dinandus Ernestus Osnabruggi*, ac noster *Hildesii*.  
 Anno 1682. 30. Aprilis Præpositus *Cathedralis Hil-*  
*desiensis* inauguratur, annoque sequente 20. Mar-  
 tii *Neapolim* suam homagio sibi obstringit. Eodem  
 anno, 15. Septembr. *Ferdinandi Fürstenbergii Epi-*  
*scopi Paderbornensis ac Monasteriensis* defuncti,  
 Principum suo ævo literatissimi, ac Literatorem  
 Principis in sede *Paderbornensi* Successor eligitur,

Anno 1682.  
 1683.



Anno 1704.

Diæcesique huic & Præposituræ magna cum clementia ac indulgentia absque subditorum onere præfuit ad annum usque 1704. quo die 4. Maj. placida morte, maximo cum subditorum luctu *Paderbornæ* exspiravit Princeps optimus, ac verus patriæ pater, cujus prosperitatem ut post mortem etiam foveret, utrique tam Episcopatu, quam Præposituræ, ad exemplum *Arnoldi*, Præ-Antecessoris sui, de successore prospexit.

FRANCISCUS THEODORUS JOSEPHUS, ex per Illustri *Baronum Landsbergiorum* familia de domo *Erwitte in Westphaliæ Ducatu*, cujus Archiatrapam pater ejus *Theodorus* egit. Ejusdem vero cum *Bartholdo Episcopo Hillesheimensi*, de quo supra actum, gentis existit. Præterquam enim, quod fide Manuscripti cujusdam Genealogici hoc asseratur, confirmant quoque id insignia duorum *Bartholdorum Landsbergiorum* dicti Episcopi agnatorum columnis templi Cathedralis nostri ante altaria omnium sanctorum & S. Catharinæ affixa, in quibus si forte disparitas quædam argueretur, novum tamen non est stirpes quasdam unius familiæ differentia in quibusdam insignia habere, quod Illustri præ cæteris exemplo Doctissimus Autor *Chronici Frankenbergensis de Comitibus Woldenbergensibus* docet, quorum quinque differentia insignia exhibet. Materna origo per *Illustres Barones de Reue* respicit, inque iis *Carolum Casparum ac Damianum Hartardum, Archi-Episcopos & Electores, hunc Moguntinum, illum Trevirenses* proxima cognatione attingit. Ad *Cathedralem Hillesheimensem Ecclesiam*, anno 1673. accessit, ut & ad *Osnabruggensem*, ac ser-

Pag. 34.

tim



tim ita eminere cœpit, ut anno 1698. post discessum *Divi Ernesti Augusti*, primi Electoris *Brunsvigo Lunenburgii & Episcopi Osnabruggensis*, inter candidatos ejus Diæceseos eundem publica fama referret, ubi tamen vota sua Serenissimo CAROLO, *Lotharingiæ Duci*, die 14. August. cessit, eique à primariis status consiliis est. Anno 1700. à Gloriosæ memoriæ Principe, *Jodoco Edmundo Brabekio, Episcopo Hildesensi*, regiminis ac Senatus aulici Præses constituitur, annoque sequenti ab eodem ad sedem Romanam ablegatur. Cumque ibi doctrina imprimis ac dexteritate inclaruisset, ac insuper antecessoris sui commendatio, ad summum Pontificem ac *Reverendissimum Cathedrale Capitulum* accessisset, Præposituram anno 1704. die 9. Sept. obtinet, cumque totius civitatis applausu sub tormentorum majorum in vallis epplosionibus terna vice repetitis, inauguratur, ac comitantibus Celsissimo, Reverendissimisque, Domino *Maximiliano Henrico Josepho, Episcopo Rhodopolitano*, suffraganeo, ac *Decano Hildesensi*, & Dno *Constantino Wenero L. Barone de Gymnich* ex domo *Blatten/ Cathedralium Eccles. Leodiensis ac Hildesensis Canonico* hujusque presbytero seniore, nec non reliquis Dn. *Capitularibus, Vicariis, Ministerialibusque* ad curiam *Brabekiam* deducitur. Eidem, ceu politioris literaturæ, ac antiquitatum Historicarum fautori insigni, meoque jam per complures annos Patrono, Catalogum hunc Reverend. ejus Antecessorum, ex monumentis primo erutum, inque ordinem Chronologicum redactum, tunc cum voto obtuli, nunc revisum atque plurimis in locis auctum. Cui quoque ut faustum ac diuturnum regimen divina providentia largiatur tam subditi quam exteri optant sperantque.

RE-



## CATALOGUS

REVERENDISSIMORUM ac ILLUSTRISSIMORUM  
DNN. DECANORUM.

**T**ANGMARUS, *Cathedralis Capituli* primum Scholasticus ac Bibliothecarius, dein Decanus *S. Barwardo Episcopo* suo, cujus juventutem ipse formârat, ab intimis consiliis exstitit. Hunc enim, cum in jurisdictione Ecclesiastica super cœnobium *Gandersheimense* ab *Archi-Episcopo* moguntino lis eidem moveretur, & causam hanc ad Anno 1001. sedem Romanam deferret, eoque anno 1001. abiret, in itinere isto *Tangmarus* comitabatur. Præterea Anno 1002. in synodo *Francofurtensi* à *Wil- ligiso Archi-Episcopo* convocata, eandem causam egit, eoque anno se demum *Cathedralis Capituli Decanum* ipsum vocat. Cumque rerum dicti sui Episcopi probe gnarus esset, vitam quoque ipsius literis consignavit, quæ idiomate Saxonico anno millesimo quingentesimo & quadragesimo typis publice exscripta est. Latiarum idioma anno superioris seculi decimo sexto moguntiaë publicavit solertissimus Germanicarum antiquitatum scrutator *P. Christophorus Browerus* è societate collegii *Fuldensis*.

Anno 1017. **GODSCHALCUS**, mortuus anno 1017. 9. Kal. Octobris.

**TADILO**, sub *S. Berwardo Episcopo* primum vice Dominus, deinde vero *Cathedralis Ecclesiæ Scholasticus*, ac demum Decanus, vir Grandævus, vitæ venerabilis, ac in omni canonicæ regulæ observatione jure laudabilis, humilitate ac dile-

in

Autor vit.  
*S. Godeh. ap.  
Browerus  
p. 40. 34.*



ctione præclarus in regendis vero ac commonendis fratribus, media charitate severus Anno 1028. in causa *Gandersheimensi*, quæ ab *Aribone Archiepiscopo Moguntino* iterum urgebatur, cujusque in gratiam hic synodum *Geislicæ* conscripserat, à *Godebardo Episcopo Tadilo* noster eo ablegatur, ubi quoque aliorum Episcoporum auxilio dictum Archiepiscopum à sententia sua iterum deduxit. Moritur anno 1037. 10. Kal. Febr. magno encomio à scripto coævo vitæ *Godebardinæ* ornatus, quod scilicet clero & populo teste nunquam ejus ordinis vir in omni Ecclesiastica probabilitate honestior visus fuerit.

Anno 1028.

Anno 1037.

**BODO.** *Ævo Dithmari Episcopi Reverendissimo* Capitulo præerat, cumque hic anno 1039. decimas quasdam *Ecclesiæ Gandersheimensi* restitueret, earumque quoad ipse viveret fructum permetteret, subsignatione quoque sua confirmavit.

Anno 1039.  
Chron. Hilde-  
sheim. ap.  
Du Chêne  
p. 526.

**BENEKO**, sub *Bernardo Episcopo* occurrit. Hic enim cum anno 1146. foundationem cœnobii *S. Godehardi Hildesi*, & anno 1147. foundationem *Canonicorum Regularium ad S. Bartholomæum* in sulca prope *Hildesum* tabulis publicis confirmaret, utriusque Decanus hic cum aliis nomen suum apposuit. Eidem Episcopo quoque anno 1151. Autor erat, ut novale juxta montem *S. Mauriti*, ad reparationem publicæ viæ quæ de monte ad civitatem ducit, legaret.

Anno 1146.  
Anno 1147.

Anno 1151.

**BRUNO**, ex equestri familia de *Hottelsum* / hujus Diæceseos, anno 1152. in literis *Episcopi Bernhardi*, quibus cœnobio novo à *Liemaro*, *Henrici Ducis Ministeriali in Bockla* fundato, man-

Anno 1152.

G

fium



1153. *Strom.*  
 fum unum, eodem in loco situm ac decimam quinque avearum in *Oberge* conferebat, inter testes, qui subsignatione nominis sui donationem hanc roborabant comparet, ac simul Præpositum S. Petri in *Goslaria* se vocat. Anno sequenti *Bernbardo Episcopo* suo in Præfulatu successit, ac insignis Ecclesiæ Palatiique Episcopalis collapsi restaurator exstitit, mortuus demum anno 1161. conditusque in medio templi ante altare S. *Ceciliae*.

1155. *101 onna*  
 HEREMANNUS anno 1155. in tabulis cœnobii *Georgii montani* cum *Reinoldo Præposito*, & *Hermanno Præposito S. Crucis* occurrit.

1167. *101 onna*  
 RICBERTUS memoratur. Eo enim *Hermannus Episcopus Hillesheimensis*, donationem matrona cujusdam, viduæ *Dithmari de Wiebefe* cœnobio S. *Godehardi* factam ratam habebat, quam literam quoque Decanus hic cum aliis testimonio

1169. *101 onna*  
 suo confirmabat. Biennio post idem Episcopus dicto cœnobio mansum unum in *Ugerheim* donabat, ac simul alios mansos ab *Abbate* ejusdem secundo *Arnoldo* cœmptas confirmabat, eamque tabulam quoque *Ricbertus* hic cum aliis subsignavit.

1173. *101 onna*  
 BERTHOLDUS, anno 1173. Decanus erat, quo *Adelhogus Episcopus cœnobii S. Godehardi* ejusdemque *Abbati Arnolde* decimam in *Nchtum* à *Sigfrido de Oldendorff* Ecclesiæ ministeriali ipsis collatam, nec non bona quædam in *Swechelste* confirmabat, idque etiam cum approbatione Decani hujus *Bertholdi*. Idem concambiam *Reverendissimi Cathedralis Capituli* cum *Amelungo Abbate & Conventu Riddagsbusano*, bonorum scilicet in villa *Offen*

1179.  
 Meibomius  
 Op. T. 3.  
 p. 414.



Offenseff & Pertze pro bonis in *Soleege* subsignatione sua anno 1179. roboravit.

BERNO, ex Scholastico Decanus constitutus, vir erat valde prudens ac eruditus, magnaque suppellectile Bibliothecam cathedralem auxit ornavitque. Mentio ejusdem ut Decani occurrit anno 1181. in *Adelogi Episcopi* literis, quibus cœnobio *S. Godehardi* emptionem bonorum in *Allem/ Bodensene/ Wannensfide/ Harlessen/ Hastert/ & Welethe* confirmat, consensum suum apponit. Idem Episcopus biennio post immunitatem dicto cœnobio concedebat, quibus in tabulis se quoque *Berno Decanus* testem præbuit. Anno 1184. dictus Episcopus mansum unum, quem *Sigfridus de Glau debect/* ministerialis Ecclesiæ hactenus in feudo tenuerat ac resignaverat, *Ecclesiæ S. Nicolai in Winthem* donabat, idque etiam consensu Decani nostri. Anno sequenti *Didericus Abbas S. Godehardi Ecclesiæ in Swichelste* liberationem à matre ejus ab *Adelogo Episcopo* impetrabat, quod idem quoque *Berno* cum aliis ratum habuit. Anno 1188. Lantatus Episcopus cœnobio *S. Godehardi* non solum decimam in *Nigenhusen/* à *Bernhardo Episcopo* prædecessore in prima fundatione ei donatam confirmabat, sed & aliam decimam de novalibus quibusdam proveniente[m] addebat, tum aliorum tum *Decani Bernonis* consensu. Hic autem insuper Præposituram *S. Petri Goslarie* gessit, quæ cum valde direpta ac depauperata esset, ab eodem pristino nitore ac dignitati restituta est, procuratis insuper à *Bernone* eum in finem summi Pontificis literis, quibus sub pœna excommunicationis bonorum ejus-

Reutelius  
*Chron. p. 90.*

Anno 1181.

Anno 1183.

Anno 1184.

Anno 1185.

Anno 1188.



modi alienatio quocunque etiam sub prætextu prohibebatur. Anno 1190. post mortem *Adelogi* Ecclesiæ suæ Episcopus constituebatur infulamque quidem quatuor tantum annis magno tamen cum diæceseos commodo gessit, annoque 1194. non vero 1196. ceu quibusdam visum obiit.

Anno 1194. HILARIUS, extremo *Bernonis Episcopi* anno occurrit. Eo enim *Johannes Gallicus Ecclesiæ S. Andreae Hillesheimii* Sacerdos, quatuor mansos in *Lisfringen* eidem Ecclesiæ donabat, idque in præsentia quoque hujus Decani, quam donationem anno sequenti *Conradus Episcopus* confirmabat. Idem *Johannes Gallicus* quatuor mansos in *Repenarde sitos* ac à *Comite Berberto de Bersflede* comparatos, Ecclesiæ cathedrali, cujus simul Canonicus erat, contulerat, cum vero dein anno 1200. *Canonicus in Ecclesia S. Andreae* idem instituisset, à Reverendissimo Capitulo obtinuit, ut ab obedientiano de eisdem mansis dictis Canonicis senitium aliquod præstaretur in solennitatibus, quibus ad majorem Ecclesiam aliæ convenire solebant, cui ordinationi quoque anno 1212. *Hilarius Decanus* consensum dedit.

Anno 1218. CONRADUS, anno 1218. *Ottoni IV. Imperatori Harzburgi* decumbenti ac testamentum suum consignanti cum *Sigfrido Episcopo* suo aderat, illique inter testes nomen suum apposuit. Idem Imperator morti proximus, prædium sive curtem *Zeverlingeburg* vallum hodie, ubi ante annos quinque circiter cænobium instituere cæperat, propter bellicos vero tumultus non absolverat, *Canonicis S. Blasii Brunsvigæ* donabat, quod cum à *Sigfrido*



*frido Episcopo Hillesheimensi*, cujus jurisdictioni Ecclesiasticæ pars cis ocrana *urbis Brunsvicensis* eo tempore suberat, tabula publica confirmaretur, eandem quoque *Conradus Decanus* cum aliis in majorem fidem subscripsit. Anno 1227. *Conradus Episcopus Hillesheimensis cœnobii S. Godehardi* contractum cum *Canone de Welethe* super tres mansos in dicta villa sitos ratum habebat, easque literas Decanus noster juxta cum aliis cofignabat.

GERWICUS anno 1239. *Conrado Episcopo* aderat cum cœnobio *Montis-Francorum Goslarie* medietatem decimæ *Nawenensis* donaret. Eodem anno testimonium quoque perhibet tribus fratribus de *Harboldessen* bona *Mechteshusana* renunciantibus. Anno 1249. tabulæ cuidam *Henrici Episcopi* consensum suum apposuit. Anno 1253. cum Reverendissimo Capitulo provisorii curiæ *Odelemensis* tres mansos excolendos dabat.

HEROLDUS anno 1255. ceu primo *Alexandri IV.* Pontificis anno, non vero anno 1261. ut quidam supputant (hoc enim ut mox patebit *Johannes Decanus* fuit) simul *Archi-Diaconus in Golcica* erat, cumque rectoratum Ecclesiæ ejus cuidam *Winando Mindensi* clerico conferret, contra *Lambertum* quendam, à *Jordano Canonico Hillesheimensi* eadem functione jam investitum his ad sedem Romanam delata, & *Conradus Abbas Riddagshusanus* ab *Alexandro Pontifice* iudex constitutus est. An. 1258, nomine *Johannis Episcopi Hillesheimensis* super curiam quandam in *Hottelen* cum cœnobio *Loccumensi* transigit, ac eodem anno testem quoque se

Anno 1227.

Anno 1239.

Chron. Fran-  
kenb. p. 14.

Anno 1255.

Meibomius  
Op. T. 3.  
p. 356.

Anno 1258.



præbet ratihabitionis *Johannis Episcopi* super venditione bonorum *Hottelemensium*.

Anno 1259.

JOHANNES anno 1259. cum aliis Episcopatus proceribus *Johanni Episcopo* sylvam *Westerholts* resignat in favorem debitorum quæ dictus Episcopus propter castra quædam ad Diœcesin coëmpta contraxerat.

Anno 1260.

Idem Episcopus decimam *Brundelensem* cœnobio *Riddagshusano* dabat, quod ut firmum ratumque esset, Decanus quoque hic subscriptione sua testabatur. Eodem quoque anno cœnobio *Loccumensi* bona quædam dictus Præsul conferebat, quam donationem quoque *Johannes*

Anno 1275.

*Decanus* juxta cum aliis confirmavit. Anno 1275. Comitibus *Woldenbergiis* omni juri suo ad decimam *Hottelemensem* in gratiam cœnobii *Loccumensis* cui eandem *Otto Episcopus Hildesimensis* ante novennium donârat, resignantibus testem se præbet.

Anno 1279.

LIPPOLDUS, anno 1279. *Ottoni Episcopo Hillesheimensi* consentit, cum is decimam *Mechteshusanam* pridie nativitatis *Johannis Baptistæ* cœnobio *Frankenbergio Goslariæ* conferret.

Anno 1281.

mentio ejusdem in tabulis cœnobii *Georgi Montani*, cum *Johanne Præposito*, *Hoyero*, *Scholastico*, *Volrado montis Præposito*, & *Johanne Cantore* occurrit.

Anno 1285.

ARNOLDUS anno 1285. cum iisdem Præpositis & Cantore, nec non *Bernardo Scholastico* tabulam dicti cœnobii subsignat.

Anno 1289.

*Sigfridus Episcopus Hillesheimensis* cœnobio *S. Godehardi* decimam *Oldenrodanam* conferebat, cui donationi

Anno 1294.

*Arnoldus* quoque consensit. An. 1294. dictus Episcopus *Henrico Comiti Woldenbergio* ob fidele sententium



tium, quodque se & sua pericuo exposuisset, duos mansos in *Södere* quos *Johannes & Ludolphus de Escherde* in feudo habuerant, danavit, quod cum Reverendissimi Capituli, aliorumque & suo sigillo quoque *Arnoldus Decanus* roboravit. Anno 1302. super collatione quadraginta jugerum in *Möllnem* cœnobio *Luccensi* facta adhuc testatur.

Anno 1302.

HINRICUS florentissima illo tempore *Woldenburgiorum Comitum* gente ortus, *Burchardique Comitis* filius, ut supra in tabula Genealogica asserui, quamvis hæcenus scriptores ferè omnes eundem *Hinrici* cujusdam senioris filium, sed perperam faciant. Anno 1304. jam ea in dignitate constitutus erat, quo *Sigfridus Episcopus Hildesiensis* *Alexandro Præposito Frankenbergensi Goslarie* donum altaris Ecclesiæ D. Petri conferret, ac cœnobii privilegia VI. Id. Martii confirmaret, quas literas Decanus hic juxta cum aliis subsignavit. Anno 1309. Idem *Episcopus* cœnobio *Marienrodano* mansos quosdam in villa *Södere* inter *Tossum & Dikholzum* sita, quos à *Tiderico, Egberto & Sigfrido* famulis de novali emerant, transcribit, nec non *Canonicorum S. Mariæ Magdalena*, quos eodem tempore fundaret, cum *Abbate & conventu Marienrodano* concambium confirmabat, utroque in negotio *Hinricus Decanus* consensum dedit. Eodem anno Reverendissimum Capitulum *Hildebrando Abbati & Conventui S. Godehardi* duos mansos & unam aream in *Uppen* vendebant, ubi quoque nominis sui appositione contractum hunc roboravit. Anno sequenti in locum *Sigfridi Episcopi* demortui *Ecclesiæ Hillesheimensis Antistes* eligi-

Anno 1304.  
Chron. Fran.  
kenb. p. 53.

Anno 1309.



eligitur, præfuitque tantum octo annis, Princeps amans justitiæ, ac rebus Ecclesiæ suæ promovendis sedulus. Extremis vitæ annis à malevolis apud summum Pontificem delatus, Avenionem in Galliam, ubi tunc temporis sedes hujus erat, iter suscepit, sed in itinere febris correptus, & vix Avenionem veniens IV. Id. Julii ibidem obit.

*HERMANNUS, Dynasta Warbergius ex Ducatu Brunsvicensi.* Castrum ejus nominis, gentis quondam nobilissimæ avia sedes haut procul *Schöninga* est, & Camerarii hæreditarii officio in Ducatu dicto Dynastæ hi suo tempore fungebantur. Memoriam eorum posteritati commendarunt vicina cænobia, *Marienthalense* imprimis ac *Riddagsbusanum*, quibus benefecerunt. Possederunt quoque in hoc Episcopatu feuda quædam, quorum ratione *Burchardus Nobilis Dominus Warbergius* anno 1436. in ordine equestri primarius erat, ac nomine universæ *Nobilitatis Hildesheimensis* cum Episcopo fæderi *Hanseatico* subscribebat. Tandem cum per sexcentos annos flourissent, superiori demum seculo anno 48. in *Wolffango Gebhardo, Anthonii junioris ex Agnesa Bortfeldia* filio, extincti sunt, postquam is ex uxore sua *Magdalena Wetbergia, Christophori Chiliarchæ* filia prolem nullam tulisset. *Hermannus* vero Decanus noster fratrem habebat *Ludolphum*, qui anno 1303. in favorem cænobii *Mariæ montani ante Helmstadium* bona quædam vendidit, quem contractum *Hermannus* hic tum adhuc *Canonicus*, una cum sororis suæ marito, *Annone Nobili*

Hagemejerus.

Tract. de Civit. Hanseat.

Meibomius  
Ep. de Gent.  
Heimb.



*Nobili Domino Heimburgio* confirmavit. In tabula ista majoris Ecclesie *Hildesheim* Canonicum se vocat, nec unquam, ceu quibusdam visum, Præpositus fuit. Eodem nomine adhuc anno 1308. & 1309. in Tabulis *Sigfridi Episcopi, cænobii Marienrodano* emptionem mansorum quorundam in villa *Södere* / nec non proprietatem villæ *Diekholzum* confirmantibus inter testes comparet. Anno 1310. *Henrico Comite Woldenbergio* Decano ad Episcopatum eo acto in dignitate isthac successit, annoque sequenti concordato cuidam *Henrici Episcopi*, cum Reverendissimo Capitulo consensum dedit. Anno 1313. Idem Episcopus villam *Tossum cænobio Marienrodano* vendebat, cumque ad hoc consensum Reverendissimi Capituli ejus esset, eundem Decanus noster subsignatione nominis sui quoque testatus est. Anno 1318. & 1321. iterum pacta quædam Reverendissimi Capituli nomine confirmat. Anno 1328. *Otto Episcopus* mansos quosdam agrorum in *Södere* sitos, & ad capellam *S. Eusebii Hildesii* pertinentes cum *Abbate & Conventu Marienrodano* permutabat, quod ut firmum permaret, *Hermannus* quoque sigillum suum apponebat.

ERICUS, Illustrissima quondam *Comitum Schaumburgiorum* ad visurgis ripam late dominantium, ac jam à me in *Antiquitatibus Genealogicis Westphalo Rhenanis* explicata gente, ante dimidium circiter seculum in *Othone Comite* extincta, ortus, circa extrema *Otonis Episcopi* tempora Decanatum gerebat, cumque anno 1331. non anno 1335. ut quibusdam visum, *Henricus*

H

Dux

Anno 1310.

Anno 1311.

Anno 1313.

Anno 1318.

Anno 1328.

Meibomius

Op. T. 1.

p. 515.

Anno 1331.



*Dux Brunsvicensis* plurimorum Capitularium suffragiis *Ottonis* Successor destinaretur, *Ericus Decanus à Pontifice Johanne XXII.* ad Præsulatum promovetur, eique civitas *Hillesheimensis* adhæsit. Quæ quantaque mala exin non solum in Diæcesin, sed & civitatem ipsam redundârint, quæ *Erico* tutum contra *Henricum* hospitium præbebat, atque ea propter in partes scindebatur, recensere hujus loci non est; duravit autem dissidium hoc in 17. annum usque, quo cum *Henricus* ærumnarum ejusmodi pertæsus resignationem meditaretur, *Ericus* ex improvise in castro avito *Greven Ulvershagen* anno 1348. obit, in choro illic sepultus.

Anno 1341.

Anno 1342.

HERMANNUS anno 1341. in Tabula *Henrici Episcopi Decanum* se scribit. Anno sequenti idem Episcopus bona quædam in *Barvelte cænobio Marienrodano* donabat, quod Decanus quoque hic ratum habuit.

SIGFRIDUS, *Comes Reinsteinius*, ad sylvam *Hercyniam* erat. Familiæ hujus florentissimæ quondam, ante seculum vero extinctæ seriem Genealogicam variam dederunt *Henningesius*, *Reusnerus*, & novissimè *Dominus Lucas*, quæ tamen omnes actis Comitum illorum non respondent, ac tabulis aliisque documentis fide dignis contrariantur. Mihi sequens schema concinnatum est, quod unice tabularum contractuumque fide nititur:

Poppo



2. egit, eoque anno ratam habuit venditionem Anno 1352.

H 2

avea-



Poppo, Comes Blankenburgius  
vixit annis 1148. 1157.

Conradus Comes Reinsteinius  
1157. 1202.

Sigfridus Comes Blankenb. 1157.  
1172.

Sigfridus Comes Blankenb.  
1197. 1202. 1220. 1237. 1251.

Henricus Comes Reinsteinius  
1197. 1205. 1219. 1220. 1221.

Hinricus 1241. 1249.  
1251. 1253. 1261. 1267.  
1274. 1292. 1305.  
Ux. Engelburgis.

Sigfridus Canon.  
Hildesheim. 1251.  
1267. 1290. de-  
mum Præpositus.

Hermannus  
1251. 1271.  
1287. 1292.  
1297. demum  
Episcopus  
Halberstad.

Burchardus  
1251. 1292.  
1295. 1305.  
Archi-Epi-  
scopus Mag-  
deburg.

Didericus  
1220.  
Canonicus  
Halberst.

Ulricus  
1220. 1242.  
1246. 1249.  
Ux. Mech-  
thildis.

Sigfridus  
1220.  
1246.  
1248.

Hinricus  
† 1219.

Hinricus 1305.  
1319. 1325.

Hinricus 1246.  
1248. 1249. 1281.

Ulricus  
1246. 1248.  
1270. 1277.  
Ux. Agnes

Otto  
1246.

Albrecht  
1246.  
1270.  
1278.

Sigfridus  
1246.  
1248.

Hinricus in Rein-  
stein 1261. 1267.  
1274. Ux. 2. Bia  
Heimburgia.

Ulricus in  
Poimburg  
1267. Ux.  
Luchardis.

Poppo  
1332. 1367.

Friderich  
1367.

Conradus  
1294.

Ulricus  
1294. 1328.

1. Hinricus 1296.  
1297. 1303. 1311. 1312.  
† 1318. Ux. Elifab.  
C. Woldenberg.

2. Hermannus 1289.  
1301. Canonicus  
Halberstadiensis.

2. Ulricus 1289.  
Dominicanus  
in Halberstadt.

Hinricus  
Canonic.  
Halberst.  
1281.

Ulricus Albertus  
1281. 1300. 1281.  
1301. 1312.  
1314. 1317.  
Ux. Sophia Anhalt.

Sigfridus Deca-  
nus Hildesienfis  
1344.

Hinricus 1333. 1344.  
1352. † 1357. Ux. So-  
phia Mansfeldia.

Ulricus  
† ante  
1344.

Otto Cano-  
nicus Mag-  
deb. 1317.

Albertus  
1317. 1326.  
1328. 1347.

Bernard.  
1317. 1328.  
1351.

Ulrich  
1317.

Hinrich  
1317.

Friderich  
1317.

Poppo  
1317.

Ulrich  
1317.

Hinricus 1352.

Bernardus  
1351. 1371.

Ulricus 1353.  
1371. 1382. 1387.  
1391. 1407. 1409  
Ux. Catharina  
Lippiaca.

Albertus occi-  
fus ante 1352.

Buffo 1372. 1385.  
1387. 1388.

Ulrich

Burchardus  
1382.  
1387.

Bernard.  
† 1458.

Ulricus 1467. † 149.  
Ux. Anna C. Hohnstern.

Ulricus

Ulricus  
† 1488.

Ulricus † 1551.  
Ux. 1. Barbara Com. Mansfeld.  
2. Magdalena Com. Stollberg.

Bernhardus † 1524.

Jodocus † 1529.

1. Ernestus † 1581.  
Uxor Babara Com.  
mit. Hohnsternia.

2. Botho † 1594.  
Ux. 1. Cathar. C. Schwartzb.  
2. Anna Schönbergia.

2. Caspar. Ulricus † 575.  
Ux. Catharina Agana  
de Quibusch.

2. Elifabetha Abbatisa Quedlinburgensis  
† 1584.

Ulricus Abbas Michaelsteinius  
† 1578.

Ernestus Abbas Michad-  
† steinius 1594.

Martinus † 1594.  
Ux. Dorothe. C. Solmensf.  
Joh. Ernestus † 1599. 4. Jul.



Adi. 1773 H. pag. 27

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.

Handwritten text in the upper middle section of the page.

Handwritten text on the left side of the page.

Handwritten text on the right side of the page.

Handwritten text in the middle section of the page.

Handwritten text on the right side of the page.

Handwritten text in the lower middle section of the page.

Handwritten text on the right side of the page.

Handwritten text on the right side of the page.

Popp



*Sigfridus* autem Decanus, *Otonis Woldenbergii* Episcopi nostri, ex forore nepos, seu ut illo ævo loquebantur avunculus erat, jamque anno 1328. Cathedralis hujus Ecclesiæ Scholasticum agebat, & capellam *S. Eusebii* à dicto Episcopo in feudo habebat; Cumque mansos quosdam ad dictam capellam pertinentes *Abbas & Conventus Marienrodanus* permutarent, *Sigfridus* quoque hic suo illud sigillo eo anno roborabat. Decanum vero se anno 1344. vocat, quo *Henrico Comiti Reinsteinio* fratri suo castrum *Stanstede* vendenti consensum dabat. Biennio post pactis quibusdam *Hinrici Episcopi Hillesheimensis*, Reverendissimique Capituli nomen apponit.

Anno 1344.

Anno 1346.

**DIDERICUS**, anno 1348. Decanus erat, quo dictum Capitulum molendino *Campmöhle* prope *Himmelsdöhr* sito annum censum remittebat, quod idem quoque ratum habebat. Anno sequenti *Hinricus Episcopus Hinrico Equiti de Bülmersen* feudum castrense in *Marienburg* conferebat, cui quoque consensum suum attribuit. Idem dicto anno cum *Ottone Præposito Senatui Hannoverano* libertatem concedit, sacellum Divæ Mariæ Virginis extra mœnia *Hannoverana* condendi. Sequentibus duobus annis pactis quibusdam Reverendissimi Capituli adhuc subscribit.

Anno 1348.

Anno 1349.

**WULLRADUS**, Nobili *Drileviorum* gente ortus, quæ quondam per *Ducatum Magdeburgium Santerlebiam* ac *Schakkenslebiam* à *Schaumburgii Comitibus* in feudo obtinebat, quod post eorum extinctionem *Illustrissimæ Alvenslebiarum* familiæ collatum est. Decanum autem jam anno 1352. egit, eoque anno ratam habuit venditionem

Meibomius

Op. T. 1.

p. 522.

Anno 1352.



- Anno 1353. avearum quareudam in Neapoli à Diderico Præposito Gunzelino Bartenslebio factam. Anno 1353. Henricus Episcopus cum Abbate & Conventu Marienrodano bona Toffumensia permutabat, cui quoque consensum suum dedit. Anno 1354. ejusdem Episcopi conventioni cum Canonicis S. Andreae sigillum suum apposuit. Anno 1356. fratres equites de Saldere, Johannes & Conradus milites, & Bodo famulus, Capellam S. Severi Hildesii fundabant, quod cum dictus Episcopus confirmaret, idem quoque Wulradus Decanus fecit. Anno 1357. Idem Episcopus donationem Simonis ultimi Comitis in Dassel Conventui Amelunxbornensi ac Lipoldsbergensis, nec non fraternitati Calendario- rum in Usselde factam recognoscebat, cui etiam Decanus hic consensum suum apposuit. Eodem anno Nicolao Præposito majori areas quasdam in Neapoli vendebat.

Anno 1360. HENRICUS, anno 1360. in causa quadam Ecclesiastica Commissarium summi Pontificis agebat, ac Albertum Principem Anhaltium ab excommunicatione absolvebat, qua à Præposito Gufstrovienfi impeditus fuerat.

GERHARDUS, ex familia Dynastarum Bergensium ad visurgim, qui nobiles Advocati Ecclesie Mindensis erant, & à me suo loco explicati sunt. Cathedralis hujus Ecclesie primum Cantor, ac dein circa tempora Johannis Episcopi Decanus. Anno 1364. Cum vero hic anno 1364. tædio publicarum rerum sat turbulentam Augustam Vindelicorum ad Episcopatum summi Pontificis autoritate illic capeffendum, & quietiorem vitam degendam abiret, eidem in Præsulatu Hillesheimensi suffectus est, nec



nec tamen *Verdensem Episcopatum* statim resignavit. In duabus enim tabulis altera *Luneburgi*, feria sexta ante Dominicam Palmarum, altera in castro *Rodenburg* in vigilia *S. Johannis Baptiste* data adhuc *Verdensem Episcopum* se scribit. Triginta autem quatuor annis huic Diœcesi magna cum laude & patriæ commo-  
 præfuit, Princeps magnanimus, bellicosus, eruditus, ac devotus, qui extremis vitæ suæ annis *Carthusiæ cœnobium* ante portam *Dammonis* extra urbem fundavit, in qua dein sepultus. Imaginem ejus cœnobitæ hujus loci adhuc servant.

Schlopke-  
 nius.  
*Chron. Bar.*  
 de W. p. 282.

EVERHARDUS, anno 1371. Decanus erat cum *Gerhardus Episcopus*, de quo modo egi litem inter conventum cœnobii *Frankenbergensis* & *Johannem Trobonem* militem alios super jure patronatus *Sacelli Ordageshusani* cognosceret, ejusque decisionem huic Decano committeret, qui etiam 9. Kal. Julii pro cœnobio sententiam pronunciabat.

Anno 1371.

LUDOLPHUS anno 1381. *Nicolao Præposito* in contractu quodam locationis consensum dedit.

Anno 1381.

JOHANNES, anno 1391. similem contractum subsignat.

Anno 1391.

WILHELMUS de *Bölsmerfen* / equestri hujus Diœceseos familia, anno 1406. *Johanni Episcopo* nomine Reverendissimi Capituli consensum dat. Anno 1411. donationi cuidam *Lippoldi à Steinberg* Cathedralis Ecclesiæ Canonici ac cellerarii subscribit.

Anno 1406.

Anno 1411.

JOHANNES, Nobili *Soltaviorum in Ducatu Luneburgio* gente ortus, ac *Conradi Episcopi Verdensis*, qui paucis annis ante obierant, Agnatus, anno 1422. in tabula cœnobii *Georgi Montani* se sub-

Anno 1422.



- Anno 1423. scribit. Anno 1423. oppignorationem quandam *Johannis Episcopi Bartholdo de Boet & Friderico de Rheden* factam ratam habet. An. 1426. *Ecchardo Praposito* civitati novæ piscinam quandam concedenti nomine Reverendissimi Capituli consentit.
- Anno 1429. An. 1428. & 1429. pro magno Episcopo suo, pignora quædam statuenti, fidem interponit. An. 1430. Idem magnus Episcopus inspectionem domus leproforum ad *S. Nicolaum* tribui *Lanionum* ad *S. Martinum Hildesiæ* committit, cui *Johannes* hic Anno 1433. Decanus consentit. Anno 1433. contractum quendam magni Episcopi subsignat, quod & subsequenteribus annis pluries facit.
- JOHANNES de familia *Swanensflugeliorum*, Anno 1444. *Ducatus Gottingensis* vasallorum anno 1444. & 1446. consensum dabat, cum domum leproforum prope & extra muros novæ civitatis *Hillesheimensis* ab omni censu liberaret, pauperibusque inhabitandam assignaret, ac iterum cum dicta domo Anno 1446. agros quosdam permutaret. Anno 1450. *Helmoldus Abbas & Conventus S. Godehardi* quinque jugera agrorum *Ecchardo Praposito* vendebat, quem Anno 1459. contractum quoque ratum habuit. Anno 1459. *Ernesto Schaumburgio Episcopo*, quædam in commodum Diæceseos oppignoranti consensum dabat. Anno 1463. *Ecchardi Prapositi* constitutionem novam in *Hospitali Neapolitano* sancitam ipse Anno 1463. quoque subsignat. Anno 1465. contractum quendam *Ernesti Episcopi* cum *Henrico Abbate S. Michaëlis Hildesi* ratum habuit. Obiit anno 1466.
- HENNINGUS ex equestri de Domo, seu *Hausiorum* hujus Diæceseos familia, an. 1466. pecuniæ quandam summam mutuo sumente fidem cum aliis



aliis interponit; Anno sequenti contractum quendam ejusdem Episcopi roborat. Anno 1471. à majori Capituli parte post obitum *Ernesti Episcopi* ejusdem successor eligitur, & quamvis sub initium magnas adversitates experiretur, favore tamen summi Pontificis, ac armis confœderatorum suorum tandem dignitatem plenariè & quiete obtinuit, uti pluribus in præcedenti Catalogo retuli. Præfuit autem Episcopatus tantum decem annis, annoque 1481. consensu Sixti Pontificis Episcopatum *Bartholdo Landsbergio, Episcopo Verdensi* resignavit, Princeps mitissimi ingenii, ac æquitatis supra modum amans.

Anno 1467.

Anno 1471.

ALBERTUS, anno 1479. in tabula quadam Reverendissimi Capituli memoratur.

Anno 1479.

JOHANNES anno 1482. cum aliis civitatem *Hilshheimensem* cum *Bartholdo Episcopo* reconciliare studet, alteroque anno obit.

Anno 1482.

DIDERICUS, anno 1487. conventionem quandam Capituli Cathedralis cum dicta civitate subsignat. An. 1489. *Episcopus Lubecensis* eligitur.

Anno 1487.

HEINO, *equestri Werderorum in Bisperode* gente ante dimidium fere seculum extincta ortus an. 1519. Decanus erat, quo *Johannes Episcopus civitati Hildesiensi* cerevisiam per Episcopatum vendendam indulgit, quam tabulam *Heino* quoque Decanus subsignavit. Anno 1521. status provinciales in commodum Diæceseos certam pecuniæ summam mutuo sumebant, quo in negotio idem fidem suam interponit. Anno sequenti cum *Hermanno S. Michaelis & Henningo S. Godehardi, Abbatibus, Johannis Episcopi* nomine militiæ ratione restantis stipendii stipulatur. An. 1526. Reverendissimum

Anno 1519.

Anno 1521.

Anno 1522.

Anno 1526.

Ca-



Capitulum *Johanni Equiti Steinbergio*, de domo *Munstedt* / quod plurima damna in favorem Diæce-  
seos perpeffus fuiffet, feque ipfum ejusdem gratia  
periculis expofuiffet, aliquot millia imperialium  
affignabat, quod ut firmum effet, *Heino* quoque  
Decanus fubfcriptione fua testabatur. Præpofitus  
fimul erat Ecclefiæ collegiatæ *S. Cyriaci Brunsvige*

Anno 1535. mortuus anno 1535.

LUDOLPHUS ex florentiffima in vicinis Du-  
catibus *Veltbemiorum* equitum familia anno 1540.  
Decanum egit, quo *Consul Hillesheimensis Johan-*  
*nes Wilsdfeuer* aream quandam in *Neapoli* cum  
consensu Præpofiti emebat, quem contractum *Lu-*  
*dolphus* quoque Decanus nominis fui fubfcriptione

Anno 1553. roboravit. Obit anno 1553. cum maximo totius  
patriæ dolore ac luctu.

BURCHARDUS ab *Oberg* / familiâ equeftri hu-  
jus Diæcefeos, per plura fecula in hodiernum us-  
que diem togâ fagâque inclytâ, Decanus primum  
collegiatæ Ecclefiæ *S. Andrea*, dein Reverendiffi-  
mi Cathedralis Capituli fuit, annoque 1556. post  
mortem *Friderici Holfatiæ Ducis*, Epifcopatus  
hujus Administratoris Epifcopus ejusdem Electus  
eft, *Henrico juniore, Duce Brunsvicensi*, cui ma-  
xime familiaris erat, fingulari commendatione  
apud Reverendiffimum Capitulum electionem  
ejusdem promovente. In capitulatione dicto Ca-  
pitulo profecturam *Steinbruccensem* attribuit.  
Præfuit annis 17. mortuus anno 1573. fepultusque  
in templo Cathedrali.

Anno 1566. WILKINUS, ex *Generosa Freytagiorum* in  
*Westphaliæ Ducatu* gente, anno 1566. Decanatum  
gerebat, quo *Burchardus Epifcopus* cum *Henrico*  
&



& *Wilhelmo Ducibus Brunsvigo Luneburgiis* ratione pignoris cujusdam transigebat, quod Reverendissimi Capituli sui nomine ratum habuit.

Biennio post idem *Episcopus Adenstedensi Ecclesia* bona quædam rursus oppignorabat, cui quoque Decanus hic consensum dabat. Anno 1574. *Ernestus Bavarus Episcopus Hillesheimensis*, qui præcedente anno *Burchardo Obergio* successerat, cum

Anno 1568.

Anno 1574.

*civitate Hillesheimensi* ratione *Peynensis* pecuniæ adhuc restantis transigit, cui negotio ex parte Reverendissimi Capituli *Wilkinus* nomen dedit.

Cumque diæcesis dicto anno *Ernesto Episcopo* subsidium charitativum confirmationis solvere non posset, *Wilkinus* noster Reverendissimum Capitulum disposuit, ut pecuniam hanc in favorem patriæ prænumeraret. An. 1577. ex speciali, qua

Anno 1577.

idem Episcopus civitatem *Hildesensem* complectebatur gratia, collectis quoque ejusdem Imperialibus ac circularibus moderatis annuebat, quod negotium etiam Decanus hic promovit. Mortuus demum anno 1586.

Anno 1586.

JOHANNES per Illustri *Baronum Kappelliorum* domo prognatus anno 1591. ratione legati *Steinbofiani* cum Reverendissimo Capitulo colliditur, lite tamen ad curiam Romanam delata anno 1604. absolvitur, annoque sequente obit.

Anno 1591.

Anno 1604.

HEIDENRICUS, ex equestri *Lethmatiorum* gente anno 1612. & 1614. Decanus erat, quibus *Henricus Meibomius* & *Christopherus Browerus*, ille Historiam Irmensulæ Saxonicæ hic vitam SS. *Barwardi* ac *Godehardi Episcoporum* quondam

Anno 1612.

1614.



*Hildesienſium* typis publicis edebant ac huic quoque totius Capitulo inſcribebant.

Anno 1629. WALTHERUS, ejusdem cum Antecellore ſuo familiae anno 1629. Decanum agebat, ac profecturis per ſententiam *Camerae Spireniſis* Diaceſi reſtitutis, iterum recipiendis ex parte Reverendiſſimi

Anno 1634. Capituli quoque invigilabat, quinquennio poſt mortuus, ab ejusque morte, cum urbs ac *Cathedralis Eccleſia* praefidio *Luneburgico* ad annos novem detineret, neque Decanus neque Capitulum fuit.

Anno 1643. JOHANNES, *Baro Weſterholzius*, anno 1643. quo regimen totius Diaceſeos *Ferdinando Electori Coloniendi*, & *Epilcopo Hildeſienſi* reſtitutum, ac praefidium quoque dictum ex urbe deductum, die 18. Novembr. Cathedralis Eccleſiae Decanus electus eſt, praefuitque ad annum uſque 1647. quo

Anno 1647. obiit.

Anno 1662. FRIDERICUS ex *Equeſtri Oynbuſiorum* gente in *Epilcopatu Paderbornenſi* florentiſſima Decanatum ad annum uſque 1662. geſſit, quo eundem reſignavit.

MATTHIAS ex per *Illuſtri Korffiorum*, conditorum *Smiling* familia, de domo *Zattenhauſen Comitatus Ravensbergenſis*, *Canonicus* ſimul ac *Theſaurarius Monafterienſis* erat, vir tractandarum rerum politicarum probe gnarus, ac *Chriſtophori Bernhardi*, *Epilcopi Monafterienſis Conſiliarius* & ad *Regem Galliae* anno 1660. Principis ſui in pace cum *Batavis Cliviae* ſancita primarius miniſter. *Theodori autem Smilingii*, celebris iſtius apud *Lovanienses Theologi*, vitaeque ſanctimonia clari,



clari, ex fratre *Henrico* nepos erat, fratremque habebat *Ottonem Henricum Praepositum Cathedralis Monasteriensem*, quem magnum literarum ac literatorum fautorem vocat *Alpenius*. Ad *Cathedralem Hildesensem* anno 1642. ex beneficio *Serenissimi Ferdinandi, Electoris Coloniensis & Episcopi Hildesensis* accesserat, demortuo Domino de *Rintorff* seniori substitutus, mox Cantor, ac demum post resignationem Domini Antecessoris Decanus, quam dignitatem per duodecim annos magno cum applausu gessit, annoque demum 1673. etiam resignavit. Canonicatum vero ejus Ecclesiae anno sequenti sui ex fratre *Casparo Nepoti*, Reverendissimo ac Illustrissimo Domino *Diderico Ottoni*, nunc simul *Cathedralis Ecclesiae Monasteriensis vice Domino*, Eminentissimi Episcopi Consiliario intimo, & Judici Aulico transtulit. Obiit anno 1684. 27. Mart. *Monasterii*, ubi insuper *Dynasta Schönolietbi* erat.

JODOCUS EDMUNDUS, ex antiqua *Baronum Brabekiorum* de domo *Hemern* in *Marcano Comitatu*, gente, cum primam juventutem literarum studiis in *Gallia & Italia* excoluisset, Canonicum primo *Cathedralis Ecclesiae Monasteriensis* ac *Thesaurarium* egit, simulque *Christophero Bernhardo Episcopo* ac *Principi* ibidem ab intimis status consiliis, ac in legationibus arduis orator exstitit, cujus quoque nomine anno 1654. cum is in *Comitiis Ratisbonensibus* integrum annum subsisteret Episcopatum gubernavit, eoque annitente anno 1655. 5. April. Decanus *Cathedralis Ecclesiae* in locum literatissimi viri, *Bernhardi à Malifrot* sub-

Vit. Episcop.  
Christopher.  
Bernh. tom. 1.  
p. 60.

Anno 1673.



rogatus est. Demum fortunæ omnia summa ipsi promittentis inconstantiam expertus anno 1667. cum Principe suo, ratione quorundam de Coadjutoris electione ex parte Capituli ipsi obmoverum, colliditur, relictoque *Monasterio Coloniae* ubiorum abit, ibique à Serenissimo *Maximiliano Henrico Electore Coloniense & Principe Hildesienſe* anno 1668. Canonicus Capitularis *Hillesheimensis* Ecclesiæ constituitur, collata simul pro Principis in Diæcesi ista dignitate. Quamvis autem Reverendissimus *Jodocus Edmundus* causam suam cum effectu urgere potuisset, postquam à *Clemente IX.* summo Pontifice executoriales obtinuisset, maluit tamen pro temperamento suo placida compositione litem dirimi, contentus se in Romano judicio triumphasse. Exin *Hildesii* sedem formavit, quoque animus curis publicis distentus interdum laxaretur, in præfectura *Steurwaldensi* prope pagum *Giffen* stabilem anatum sylvestrium capturam, paratis eum in finem aquæ ductibus rectilineis ac spatioso lacu, adornat, quæ inter speciosa Diæceseos monumenta, achodie penes Illustrissimos ex fratre Nepotes est. Anno 1674. post resignationem *Decani Matthiæ* anno præcedente factam à Reverendissimo Capitulo eidem suffectus est, quam functionem cum pro Principis dignitate magna cum prudentiæ politicæ laude per quatuordecim annos gessit, Serenissimo Electori suo ac vicinis undiquaque charus. Anno 1684. cum Reverendissimo Capitulo Bibliothecam publicam, cui *Martinus Beverinus*, *Pastor Vörsetensis* oblatione centum ac septuaginta librorum ante undecim annos

nos



nos occasionem dederat, instituit, locumque ei pro majori commoditate, ac præfectum constituit, *Petrum Hekkenbergium*, *Canonicum S. Johannis*, ac *Mathefi* imprimis & subtiliori omnis generis eruditione insignem. Anno 1688. die 7. Julii post mortem Serenissimi *Maximiliani Henrici à Reverendissimo Capitulo Episcopus Hillesheimensis* eligitur, ad fastigium ejusmodi à primis annis fatis quasi destinatus ac formatus. Difficillima tum à morte Laudatissimi Principis imminebant & secuta quoque sunt tempora, ut Decanus *Brabekius* justam de electione acceptanda deliberandi causam haberet, eaque propter ad castrum avitum *Hemeranum* secederet, ac forte dubius mansisset, nisi Capitulum institisset, ac insuper Innocentius XI. Pontifex favorem suum abunde testatus fuisset, cum eodem anno 3. Kal. Dec. electionem hanc tanquam canonicè factam ac sibi per gratam confirmaret, & eundem, ceu virum gravem, prudentem, omniaque ad Episcopum requisita habentem, ne ulterius in acceptanda Infula ancipitem se gereret, ultro quasi moneret, simulque indulgeret, ut & *Canonicatum in Cathedrali Monasteriensi Ecclesia* pro arbitrio suo retineret, & quos idem tam ad Decanatum, quam ad *Canonicatum Hillesheimensis* summo Pontifici commendaret, & illi reliquis competitoribus præferrentur. Qua tranquillitate Episcopatum in decimum quartum annum usque gubernavit, quaque etiam vigilantia res Diæceseos circa extrema vitæ tempora, ceu futura quæque prospiciens, in commodum Ecclesiæ disposuerit, catalogus hic non patitur, prædicabunt



autem posterum. Ipse annorum ac gloriae fatur, Principumque Imperii Germanici omnium senior, anno 1702. 13. Augusti præter opinionem *Hildesii* extinguitur, corpusque in Cathedralis Ecclesiae sacello *S. Barbaræ* ab ejusdem ex fratre Nepote, Reverendissimo ac Illustrissimo Domino *Jodoco Edmundo Brabekio*, Cathedralium hujus & *Monasteriensis Ecclesiarum Canonico Capitulari* ac respectivo Scholastico, terræ mandatam, dictum vero sacellum genuina Principis effigie ornatum est.

MAXIMILIANUS HENRICUS JOSEPHUS ex Illustrissima *Liberorum Baronum de Weichs* ab *Ernestore Electore à Bavaria in Coloniensem Archi-Diœcesin* translatorum gente, & quidem de Domo *Rosberg & Weyer* / quæ jam ante tria secula *Degenhardum Episcopum Ecclesie Frisingensi* dedit. Inter maternos autem avos *Ernestum* quoque *Ducem Brunsvigo Lunenburgium in Zell* à quo tota moderna Augusta ac Potentissima *Domus* descendit, numerat. Hujus enim filia *Elisabetha Ursula*, *Ottoni Comiti Schaumburgio*, Episcopatus hujus primum Administratori, precedenti Catalogo memorato, nupta, proavia ejus est. Mater, postremi Domini *de Morien in Nordwisch* / *Johannis Bernhardi* soror ac hæres extitit. Primam juventutem in aula Serenissimi *Electoris Coloniensis Maximiliani Henrici*, apud quem parens ejus *Ferdinandus* supremus venationum præfectus erat, transegit, literarum vero studia Romæ præcipuè in seminario Germanico excoluit. *Canonicatum Hildesiensem* indulgentia dicti



dicti Principis sui obtinuit, mox post *Hermannum Wernerum Metternichium* Scholasticus factus anno 1688. sede vacante Vicariis Generalis, *Curie* Anno 1688.

Episcopalis Ecclesiasticæ officialis constitutus est. Eodem cum *Decanus Brabekius* in Episcopum eligeretur, dignitas quoque hæc à summo Pontifice eidem collata est, cum quatenus officialatus functionem retinuit, Scholasticatum vero resignavit.

An. 1694. à Serenissimo *Josepho Clemente Electore* Anno 1694.

*Coloniense*, tum volente *Jodoco Edmundo Episcopo in Coadjutorem Hildesheimensem à Reverendissimo Capitulo electo, Archi-Diaconalis & Infulatæ Præposituræ Bonnenfis Coadjutor* nominatur. Eodem anno erga Patres Societatis *Hildesii*, Gymnasium suum *Mariano Josephinum* è fundamento struentes, aliquot millium Imperialium collatione, raram nostro ævo munificentiam, testatur. Anno

1703. cum Reverendissimo Capitulo Bibliothecam Anno 1703.

Illustrissimi Domini, *Johannis Sigismundi Liberi Baronis Reuschenbergii*, Canonici hujus Ecclesiæ Cathedralis, Herois sine exemplo literatissimi, eoque anno præpropere fato extincti, libris omnis generis diuturniori per Europam peregrinatione ab eodem coemptis, numerosissimam pariter ac maxime splendidam, conditionibus in testamento *Reuschenbergiano* sancitis, cathedrali Bibliothecæ inferit, cum effigie ejusdem ad vivum eleganter expressa. Eodem quoque anno rarissimo felicitatis exemplo duos ex Illustrissimo fratre suo Domino *Theodoro Adolpho Libero Barone de Weichs* / supremo venationum in *Archi-Diacesi Coloniensi* Præfecto, nepotes, Dominum  
Maxi-



*Maximilianum Henricum Josephum, & Dominum Johannem Bernhardum Josephum* uno actu Reverendissimo Cathedrali Capitulo adscribit, quorum alteri in curia Romana, alteri ab Ipsomet uno eodemque tempore canonicatus obtigerant. Anno 1704. à Summo Pontifice *Episcopus Rhodiopolitanus* ac per civitatem & *Diæcesin Hildesensem* Suffraganeus, inque spiritualibus ac temporalibus Commissarius Apostolicus specialiter deputatus constituitur, Infulamque die 22. Junii in templo *cœnobii Godehardini* à Reverendissimis Domino Suffraganeo *Monasteriensi Quentelio*; Domino *Jacobo Abbate S. Michaelis Hildesii*, & Domino *Mauro Abbate Lamspringensi* accipit. Anno 1705. die 7. Julii Gloriosissimo *Imperatori Leopoldo* funebria in *Basilica Cathedrali*, castro ut vocant, doloris, lugubrique apparatu adornatâ, assistentibus quatuor Abbatibus Infulatis, coram Illustrissimo Capitulo, ac Equestris ordinis deputatis, solenni ritu, maximoque populi confluxu, & campanis totius civitatis pulsantibus persolvit. Ipse vero cum Reverendissimo Capitulo jam in tertium annum post mortem *Jodoci Edmundi Episcopi*, ex mandato Cæsareo *Diæcesin*, difficilimis ubique rebus, cum magna justitiæ, moderationis ac integritatis fama administrat, cui ut vitam longam cum omni prosperitate Divinum Numen largiatur, omnium bonorum votum est.

CATA-





# CATALOGUS

REVERENDISSIMORUM ac ILLUSTRISSIMORUM  
DNN. SCHOLASTICORUM.

**T**ANGMARUS, postea Decanus factus.

TADILO, quoque dein Decanus.

BENNO, post Præpositus.

BENHARDUS. anno 1077.

Anno 1077.

BERNHARDUS, dein Præpositus & anno 1130.

Episcopus.

BRUNO, anno 1131. sub eodem Episcopo in tabulis cœnobii *Georgi Montani* occurrit.

Anno 1131.

BERNO, an. 1179. in tabula cum *Berthol. Decano*.

Anno 1179.

HILARIUS, an. 1184. in literis *Adelogi Episcopi* cum *Bernone Decano*.

Anno 1184.

CONRADUS, anno 1218. in testamento *Otonis IV. Imper. cum Conrado Decano*.

Anno 1218.

MEINHARDUS, anno 1239. in tabula *Conradi Episcopi* cum *Gerwico Decano*, & anno 1240. cum

Anno 1239.

*Reinoldo Præposito*. Anno 1243. testem se præbet

Anno 1240.

in literis *Conradi Episcopi*, quibus cœnobio *Frankenbergensi* bona *Mechtreshusana* confirmat, ubi

Anno 1243.

in *Chronico Frankenbergensi* perperam tamen

Pag. 15.

*Reinhardus* exprimitur. Iterum an. 1246. in ejus-

Anno 1246.

dem Episcopi literis, & An. 1249. *Henrico Episcopo*

Anno 1249.

cum *Reinoldo Præposito* & *Gerwico Decano*.

HARTMANNUS, anno 1260. 15. Kal. April. in

Anno 1260.

tabula *Johannis Episcopi* cum *Ludolpho Præposito*

occurrit.

HOJERUS, an. 1260. & 1265. *Otoni Episcopo* con-

Anno 1260.

sensum cum *Ludolpho Præposito* aliisque præbet.

1265.

Mentio ejusdem adhuc an. 1281. fit in tabulis cœno-

1281.

bii *Georgi Montani*.

K

BERN-



BERNHARDUS, *Dynasta Dorstadius*. Familia hæc in Episcopatu nostro & vicinia ante plura secula valde nobilis exstitit, ac *Adelogum Episcopum* dedit anno 1190. defunctum. Ejus frater *Arnoldus* cœnobii hujus nominis fundator est. Seriem familiæ, cum *Dominus Lucas* aliique, nullam ejusdem mentionem fecerint, in gratiam ejus rei curioforum appono.

Bernhardus, Nobilis Dominus de Dorstadt / Ottoni IV. Imper. ejusque dein Nepoti Ottoni I. Brunsv. & Luneb. Duci à Consiliis occurrit. Annis 1209. 1212. 1224. 1232. 1234. 1240. 1241. 1243.

Conradus, Alberti Duc. Brunsv. Consil.

1241. 1243. 1257. 1260. 1262. 1266.

Bernhardus Canonicus ac Scholasticus Hildesh. 1274. 1279. 1308.	Fridericus 1272. 1274.	Arnoldus Canonicus Magdeburg. 1274.	Conradus Can. Halberst. 1274.	Waltherus. 1272. 1274.

Burchardus  
1346.

Conradus. 1346.	Burchardus. 1346.	Waltherus. 1346.

Waltherus in Wiedelage & Binenburg. 1362. 1380. 1393.

Ludovicus.  
1362.

Bernhardus 1393.

Arnoldus ultimus hujus familiæ mortuus anno 1464.

Bern-



*Bernhardus* autem Scholaſticus anno 1285. cum *Anno 1285.*  
*Johanne Præpoſito, Arnolſo Decano, Volrado Montis Præpoſito & Johanne Cantore* tabulam quan-  
 dam cœnobii *Georgi Montani* ſubſignat, inque *Anno 1289.*  
 literis *Sigfridi Episcopi* anno 1289. cum *Johanne Præpoſito & Arnolſo Decano* inter teſtes comparet.  
 Anno 1296. teſtamentarium *Johannis Præpoſiti,* Anno 1296.  
 cum *Arnolſo Decano & Volrado Montis Præpoſito* agit. Anno 1304. confirmationi *Alexandri Præpoſiti* *Frankenbergensis* à *Sigfrido Episcopo* impe-  
 tratae, cum *Sigfrido Præpoſito & Henrico Decano* ſubſcribit. Anno 1308. cum *Conrado Præpoſito* *Anno 1308.*  
 & *Henrico Decano* permutationem villæ *Duncteler* 1309.  
 pro *Dikholzum* ratam habet. Anno ſequenti ven-  
 ditioni quorundam manſorum cum Præpoſito ac  
 Decano prædictis conſentit. Anno 1311. pacto cui-  
 dam Episcopi Capitulique ſubſcribit. Anno 1313. *Anno 1311.*  
 venditioni villæ *Toſſum* cum *Conrado Præpoſito* ac *Anno 1313.*  
*Hermanno Decano* conſenſum apponit.

OTTO anno 1320. cum *Hermanno Decano, Johanne Cellerario* aliisque in tabula cœnobii *Georgi Montani* occurrit. *Anno 1320.*

SIGFRIDUS, Comes *Reinſteinius* anno 1328. *Anno 1328.*  
*Capellam S. Eusebii* ab *Ottone Episcopo* in beneficio tenebat, poſt Decanus factus.

HENRICUS anno 1342. cum *Ottone Præpoſito* *Anno 1342.*  
 & *Hermanno Decano* donationem *Henrici Episcopi* ſubſignat.

OTTO, anno 1347. cum dicto Præpoſito & *Diderico Decano* in tabulis occurrit. *Anno 1347.*  
 Anno 1350. cum *Volmaro Præpoſito,* ac *Diderico Decano,* conces-  
 ſionem quandam approbat, Annoque 1351. cum *Anno 1351.*  
 iisdem literas *Henrici Episcopi Judæis* concessas  
 K 2 sub-



- Anno 1352. subsignat. Anno 1352. venditionem *Diderici Præpositi* cum *Volrado Decano* approbat. Anno 1353. *Henrici Episcopi* contractum cum eodem Decano ratum habet. Anno 1357. Ejusdem Episcopi dispositionem super legatum ultimi *Comitis Dassliensis* cum *Nicolao Præposito & Volrado Decano* ratam habet. Anno 1365. cum eodem Præposito & Capitulo mutationem quandam sancit, eoque anno simul vicarius *Generalis Ecclesiæ Hillesheimensis* audit. Anno 1379. cum *Nicolao Præposito* contractum quandam, & anno 1381. alium cum eodem Præposito ac *Ludolpho Decano* facit, cum iisque in tabula cœnobii *Georgi Montani* memoratur.
- Anno 1391. ALBERTUS, anno 1391. cum *Echardo Præposito, Johanne Decano*, totoque Capitulo certo in casu se conformat. An. 1394. quandam *Gerhardi Episcopi* concessionem cum *Echardo Præposito & Johanne Decano* consentit.
- Anno 1394. annis 1406. 1411. *Johannis Episcopi* cum *Wilhelmo Decano* consentit.
- Anno 1422. HINRICUS, anno 1422. cum *Echardo Præposito Johanne Decano* tabulam quandam cœnobii *Georgi Montani* subsignat. Anno 1423. oppignorationi cuidam *Johannis Episcopi* cum *Echardo Præposito ac Johanne Decano* consentit. Anno 1426. donationem *Eccharði Præpositi* cum *Johanne Decano* ratam habet. Anno sequenti privilegio Episcopi magni, insigni collegiatæ Ecclesiæ *S. Mauritii* concessio subscribit. Anno 1428. oppignorationi cuidam ejusdem Episcopi cum *Johanne Decano* consentit.
- Anno 1430. SIGFRIDUS an. 1430. in tabula magni Episcopi cum *Ecchardo Præposito & Johanne Decano* occurrit. An. 1433. ejusdem Episcopi contractum quandam



- dam cum Præposito ac Decano subsignat. An. 1436. Anno 1436.  
 exemptionem quandam Ecclesiæ collegiatæ S. Jo-  
 hannis à magno Episcopo indultam, cum *Johanne*  
*Decano* ratam habet; An. 1441. Laudati Episcopi Anno 1441.  
 venditionem cœnobio S. Godehardi factum cum  
*Ecchardo Præposito & Johanne Decano* consensu  
 quoque suo roborat. An. 1443. aliis ejusdem Epi- Anno 1443.  
 scopi donationibus, & anno 1444. & 1446. quibus- Anno 1444.  
 dam concessionibus *Ecchardi Præpositi* cum *Jo-*  
*hanne Decano* subscribit. An. 1450. nomine Reve- Anno 1450.  
 rendissimi Capituli cum eodem Præposito ac Deca-  
 no contractum cum *Helmoldo Abbate S. Godehardi*  
 init. Biennio post tabulæ cuidam *Bernhardi Du-* Anno 1452.  
*cis Brunsv. & Luneb.* & Episcopatus Administrato-  
 ris, ac dein alii Reverendissimi Capituli, cum di-  
 ctis Præposito ac Decano nomen suum apponit,  
 quod iterum anno 1454. facit. An. 1456. concordia Anno 1454.  
 cuidam inter Præpositum Ecclesiæ S. Crucis & ci- 1456.  
 vitatem *Hildesensem* ut &, ceu quoque anno se-  
 quenti concessioni cuidam *Bernhardi Administra-*  
 toris subscribit. An. 1459. & 1462. oppignorationi Anno 1459.  
 cuidam *Ernesti Episcopi* cum eodem Præposito ac 1462.  
 Decano consentit. An. 1463. constitutionem quan- Anno 1463.  
 dam *Præpositi Ecchardi* ratam habet. Anno 1465. Anno 1465.  
 conventionem quandam *Ernesti Episcopi* cum *Ab-*  
*bate S. Michaelis* una subsignat, & sequenti pro  
 eodem Episcopo cum *Ecchardo Præposito & Hen-*  
*ningo Decano* fidem suam interponit.
- SIMON de *Borch* an. 1465. cum dicto Præposito Anno 1467.  
 & Decano conventioni cuidam *Ernesti Episcopi*  
 subscribit.
- LIPPOLDUS, cum *Diderico Decano* tabulas Anno 1487.  
 conventionis cujusdam subsignat. Anno 1519. Ta- Anno 1519.  
 bulæ cerevisiaræ *Johannis Episcopi* cum *Heinone*  
*Decano* nomen suum apponit. DI-



Anno 1554.

Anno 1566.

Anno 1573.

Anno 1574.

Anno 1612.

DIDERICUS anno 1554. sub *Friderico Episcopo* occurrit, annoq; 1566. & 1568. transactionem quandam *Burchardi Episcopi* cum *Wilkino Decano* subsignat. An. 1573. electionem *Ernesti Bavariae Ducis* in *Episcopum Hildesensem* promovet, ad eumque in *Bavariam* cum Reverendissimo Dno *Gebhardo de Bothmar* / Capitulari ab Illustrissimo Capitulo deputatur. An. 1574. quibusdam *Ernesti Episcopi* tabulis cum *Wilkino Decano* nomen suum apponit.

FRIDERICUS, huic an. 1612. cum *Arnoldo Præposito*, & *Heidenricho*, *Decano* Historia *Irmensulæ Saxonicae* ab *Hinrico Meibohmio* inscribitur.

WILHELMUS EGON, *Princeps Fürstenbergius*.

HERMANNUS WERNERUS, *Liber Baro de Metternich* / postea *Præpositus* ac demum *Episcopus Paderbornensis*.

MAXMILIANUS HENRICUS JOSEPHUS *Liber Baro de Weichs* / mox *Decanus*, ac demum *Episcopus Rhodopolitanus & Suffraganeus*.

CHRISTIANUS THEODORUS, *Liber Baro de Plettenberg* de *Domo Lenhausen* / *Eminentissimi Episcopi Monasteriensis*, *Dni Friderici Christiani* frater, *Ferdinandi vero Fürstenbergii*, *Monasteriensis* ac *Paderbornensis Episcopi* ex *sorore* nepos. Ejusque in indagandis *Antiquitatibus Historicis Saxo Westphalicis* felix æmulus ac eum in finem *manuscriptis Historicis* ab eodem in *Testamento* donatus. Quædam hujus generis publice commuicare meditabatur, interque alia *Commentarium de Illustribus viris ac scriptoribus Westphalis*, à *Meibohmio* in *introductione ad Saxonie Inferioris* notitiam allegatum, sed *valetudine impeditus* ac *morte*

Pag. 57.



morte præventus non absolvit, & cum aliis Manuscriptis adhuc apud Illustrissimos hæredes magno cum Eruditorum dolore latent, cum, ut *Meibohmii* iudicium hic repetam, nihil nisi exasciatum à tam erudito ac Illustri calamo profluere poterit. Bibliothecam suam Cathedrali Bibliothecæ legavit.

LEOPOLDUS WALTHERUS, *Liber Baro de Brabeck* / *Jodoci Edmundi Episcopi* frater, Cathedralis Ecclesiæ primum Cantor.

JODOCUS EDMUNDUS, *Liber Baro de Brabeck* / *Jodoci Edmundi Episcopi & Antecessoris* sui ex fratre nepos, hujusque etiam in Cantoratu primum successor, *Canonicus simul Cathedralis Ecclesiæ Monasteriensis*, & in *Episcopatu Hildesiensi* Camerae Principalis, nec non ærari publici Consiliarius. Præterea *Comitatus Dassiliensis* Satrapa est, ac *Hundsriiggæ* ædificium novum à fundamento hoc anno struit. Isque etiam, ut annos suos fero ac juxta votum absolvat, ex privata quoque ratione opto.






# SERIES DNN. PRÆPOSITORUM.

**B**AVO. Anno 893.  
 BOSDAGUS 986.  
 GODSCALCUS 1013.  
 BODO 1022.  
 WIGGERUS 1032.  
 VOLCHARDUS 1040.  
 BENNO 1068.  
 HENRICUS 1088.  
 CONRADUS 1108. 1116. 1117.  
 BERTHOLDUS 1118.  
 BERNHARDUS 1130.  
 BERTHOLDUS 1132.  
 UDO 1134.  
 BERTHOLDUS 1143.  
 DIDERICUS 1146.  
 CONRADUS 1151.  
 REINHOLDUS 1151. 1152. 1156. 1157. 1158. 1159.  
 WERNO 1167. 1169. 1173.  
 CONRADUS 1178.  
 BERTHOLDUS 1181. 1184. 1185. 1188.  
 HARTBERTUS 1194. 1198.  
 BERTHOLDUS 1208. 1212.  
 JOHANNES 1220.  
 WILLBRANDUS 1226.  
 GODSCALCUS 1231.  
 BURCHARDUS 1233.  
 REINHOLDUS 1235. 1240. 1243. 1246. 1249. 1254.  
 LUDOLPHUS 1258. 1259. 1260. 1265. 1266.  
 JOHANNES 1276. 1279. 1283. 1289.

GEB-





GEBHARDUS 1294. 1296.  
SIGFRIDUS 1304  
CONRADUS 1309. 1311. 1313.  
OTTO 1317. 1318.  
OTTO 1328. 1346. 1347. 1348. 1349.  
VOLCMARUS 1350. 1351.  
DIDERICUS 1352.  
NICOLAUS 1357. 1365. 1369. 1378. 1379. 1381.  
ECCHARDUS 1390.  
ECCHARDUS 1391. 1394. 1405.  
GODSCALCUS 1405.  
DETMARUS 1405. 1414.  
ECCHARDUS 1422. 1423. 1427. 1429. 1430. 1433.  
1436. 1443. 1444. 1448. 1450. 1457. 1460.  
ECCHARDUS 1460. 1463. 1465. 1466. 1467. 1471.  
1480. 1482. 1488.  
HENRICUS 1499.  
LEVINUS 1507. 1513. 1515. 1524. 1529. 1531.  
OTTO 1531. 1536.  
ANTHONIUS 1540. 1551. 1553. 1557.  
WILHELMUS 1558. 1570. 1575. 1580.  
ANTHONIUS 1585. 1599.  
ARNOLDUS 1599. 1604. 1624. 1632.  
ARNOLDUS 1631. 1650. 1665.  
FRANCISCUS EGON 1670. 1682.  
HERMANNUS WERNERUS 1682. 1683. 1704.  
FRANCISC. THEODORUS JOSEPHUS 1704.

## S E R I E S

## DNN. DECANORUM.

TANGMARUS 1002.

GODSCALCUS 1017.

TADILO 1028. 1037.

L

BO-





BODO 1039.  
 BENEKO 1146. 1147. 1151.  
 BRUNO 1152. 1153.  
 HEREMANNUS 1155.  
 RICBERTUS 1167. 1169.  
 BERTHOLDUS 1173. 1179.  
 BERNO 1181. 1183. 1184. 1185. 1188. 1190.  
 HILARIUS 1194. 1195. 1212.  
 CONRADUS 1218. 1227.  
 GERWINUS 1239. 1249. 1253.  
 GEROLDUS 1255. 1258.  
 JOHANNES 1259. 1260. 1275.  
 LIPPOLDUS 1279. 1281.  
 ARNOLDUS 1285. 1289. 1294. 1295. 1296.  
 1302.  
 HINRICUS 1304. 1309. 1310.  
 HERMANNUS 1310. 1311. 1313. 1320. 1328.  
 ERICUS 1331.  
 HERMANNUS 1341. 1342.  
 SIGFRIDUS 1344. 1346.  
 DIDERICUS 1348. 1349. 1350. 1351.  
 WULRADUS 1352. 1353. 1354. 1357.  
 HENRICUS 1360.  
 GERHARDUS 1364.  
 EVERHARDUS 1371.  
 LUDOLPHUS 1381.  
 JOHANNES 1391.  
 WILHELMUS 1406. 1411.  
 JOHANNES 1422. 1423. 1426. 1428. 1429.  
 1433.  
 JOHANNES 1444. 1446. 1450. 1459. 1463. 1465.  
 1466.  
 HENNINCUS 1466. 1467. 1471.

AL-





ALBERTUS 1479.  
JOHANNES 1482. 1483.  
DIDERICUS 1487. 1489.  
HEINO 1519. 1521. 1522. 1526.  
LUDOLPHUS 1540. 1553.  
BURCHARDUS 1556.  
WILKINUS 1556. 1568. 1574. 1577. 1586.  
JOHANNES 1591. 1604. 1605.  
HEIDENRICUS 1614.  
WALTHERUS 1629. 1643.  
JOHANNES 1643. 1647.  
FRIDERICUS 1662.  
MATTIAS 1674.  
JODOCUS EDMUNDUS 1674. 1688.  
MAXIMILIANUS HENRICUS JOSEPHUS  
1688. 1694. 1703. 1704.

## S E R I E S

## DNN. SCHOLASTICORUM.

TANGMARUS  
TADILO

BENNO

BERNHARDUS 1077.

BERNHARDUS

BRUNO 1131.

BERNO 1179.

HILARIUS 1184.

CONRADUS 1218.

MEINHARDUS 1239. 1240. 1243. 1246.

HARTMANNUS 1260.

HOYERUS 1260. 1265. 1281.

L 2

BERN-





BERNHARDUS 1285. 1289. 1294. 1296. 1304. 1308.  
 1311, 1313.  
 OTTO 1320.  
 SIGFRIDUS 1328.  
 HENRICUS 1342.  
 OTTO 1347. 1350. 1351. 1352. 1353. 1357. 1365. 1379.  
 1381.  
 ALBERTUS 1391. 1394. 1406. 1411.  
 HINRICUS 1422. 1423. 1426. 1428.  
 SIGFRIDUS 1430. 1433. 1436. 1441. 1443. 1444.  
 1446. 1450. 1454. 1456. 1459. 1462. 1463. 1465.  
 SIMON 1467.  
 LIPPOLDUS 1487. 1519.  
 DIDERICUS 1554. 1566. 1568. 1573.  
 FRIDERICUS 1612.  
 WILHELMUS EGON.  
 HERMANNUS WERNERUS.  
 MAXIMILIANUS HENRICUS JOSEPHUS.  
 CHRISTIANUS THODORUS.  
 LEOPOLDUS WALTHERUS.  
 JODOGUS EDMUNDUS.





## Errata Typographica corrigenda.

- Pag. 21. Lin. 4. *pro citer lege citer.*  
Pag. 26. Lin. 25. *pro astream lege auream.*  
Pag. 27. Lin. 24. *pro parati lege parari.*  
Pag. 37. Lin. 5. *pro Succassoris lege Successoris.*  
Pag. 39. Lin. 29. *pro Eichsfeldia lege Eichsfeldiæ.*  
Pag. 43. Lin. 9. *pro Sereni lege Serenissimi.*  
Pag. 47. Lin. 17. *pro epplosionibus lege explosionib<sup>9</sup>.*  
Pag. 48. Lin. 20. *pro latiarum lege latinum.*  
Pag. 50. Lin. 15. *pro matrona lege matronæ.*  
Pag. 51. Lin. 21. *pro landatus lege laudatus.*  
Pag. 52. Lin. 19. *pro obedientianó lege obedientiario.*  
Pag. 56. Lin. 11. *pro avia lege avita.*  
Pag. 57. Lin. 10. *pro eoactó lege evecto.*  
    Lin. 15. *pro consensum lege consensu.*  
    Ibid. *pro ejus lege ipsi opus.*  
    Lin. 23. *pro permaret lege permaneret.*  
Pag. 59. Lin. 11. *pro Stanstede lege Stanstede.*  
    Lin. 19. *pro Bolmers lege Bölckersen.*  
Pag. 50. Lin. 1. *pro avearum lege arearum.*  
    Lin. 16. *pro alios lege aliosq;*  
    Lin. 24. *pro Bolmersen lege Bölckersen.*  
    Lin. 32. *pro obierant lege obierat.*  
Pag. 66. Lin. 4. *pro profecturis lege præfecturis.*  
    Lin. 10. *pro detineret lege detineretur.*  
Pag. 67. Lin. 12. *pro etiam lege eandem.*  
    Lin. 13. *pro sui lege suo.*  
    Lin. 19. *pro Schonstiethi lege Schönevliethi.*  
    Lin. 25. *pro Christophero lege Christophoro.*  
Pag. 70. Lin. 14. *pro Ernestore lege Ernesto.*  
    Lin. 23. *pro precedenti lege præcedenti.*  
    Lin. 25. *pro Nordceich lege Nordkirch.*  
Pag. 79. Lin. 8. *pro Leopoldus lege Ludolphus.*  
Pag. 84. Lin. 20. *pro Lropoldus lege Ludolphus.*

F I N I S.















quando 7 defo. Hild. 33







944

Th

4878